

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0001-1

R. gummi rosarum an. ʒ iiii amidi papaveris. ... s. lactuce ʒ ii spodii ... an. ʒ ... [illegible]ne
et liquiricie succi arnoglosse ʒ ii cum aqua pluv. Al. in screatu sanguinis ... tussientis
venarum pectoris et pulmonis R. spodii ʒ iiii s. citri portulace ... boli armeni an. ʒ
iiii cum aqua virge pastoris. Al. R. gummi dragaganti acacie s. citonii an.
ʒ iiii boli ʒ v. ... ʒ vi amidi coele marine combuste an. ʒ iiii cornu cervi-
ni usti spodii an. ʒ ii fiat pulvis et ʒ iiii date ... vicino. Pulvis R. coele mari-
ne cornu cervini an. ʒ x carabe coralli an. ʒ x boli psillii alii an. ʒ xv fiat pul-
verem da ʒ ii vel ʒ iii fiat flos vini cum aqua s. mane et meridie vel succo ro... fiat po-
tus ... ʒ ii s. arnoglosse ʒ ii ʒ aqua ... uvie et virge pastoris ubi sandali rose
apponantur ʒ ii camphore ʒ s. omnia commisce et cum panno lineo intincta pectori supponatur ...
... aqua ... vinum ... pone ... mali ... modificatur ...
... sanguinis coagulatio R. amidi ʒ v farine fabarum ʒ viii s. melonum ... an. ʒ
vii ... ʒ x gummi ... ana ʒ iii boli s. citonii ... an. ʒ v fiat

Sanguinis cum exscreatione vel ... **De screatu sanguinis.** [illegible]
Si vena vel guttur ... contingit ex sanguisugis vel aqua ...
que sanguinem remanentes in gutture faciunt ... alii ... multo
... decipiuntur medici ... sanguisugis ... opponatur ...
... os si aperiatur. Si ... in palato videatur vel ... inveniuntur ... partibus extrahantur cum forcipibus; si
autem non videantur detur hec medicina ... cum aceto et sale ... allium cum aceto
ad manducandum ... prohibeatur aqua ad bibendum ... vas ... in sole aqua ple-
na moveatur ... plus ... cum carbone ...
abstrahi ... cum aceto ... ut ... plurimum ... gu-
le ... cum ... cum ... faciant ...
si sanguis superabundavit ... in screatu sanguinis ... et restringe

Sanies screatur fit modis pluribus. **De empicis.** [illegible]
[illegible] ... sanies ad pulmonem effluit vel ...
in nacimate pectoris vel pulmonis collectis ... sanguinis illa subsequitur sanies ...
... omnem ... sanguinis ... subsequitur screatur ... molestissima ...
Si ... sanguinem subsequatur sanies ... ut sanies pectoris ...
... coaguletur et spissetur ... opiis ... ...
da ... R. piretri amigdalarum ana lauri radice ...
... fiat pulvis ... da ... mane et sero. Al. R. pinee
... lini ... carum ... piperis ʒ ... carum ... fri-
ca cum amigdalis fiat pulvis et adde mel ... Al. R. fenugreci s. lini alii
carum ... fricca cum amigdalis ... Al. R. ... an. ʒ
iii ... myrre ... piperis longi ... fiat pulvis et ad
... Al. R. liquiricie ... pinee lini alii s. amigdalarum ana ... dulcium s.
... ana ʒ vii uvas passas ... fiat pulvis ... alii ... et fic-
. medullas pistacias adiunge penidii ... Al. R.

# Aurea opuſcula Celeberrimi Juris vtriuſqꝫ Doctoꝛis et Equitis aurati domini Petri Rauennatis Itali in vniuerſitate Gripſualdeñ vtrũqꝫ Jus oꝛdinarie legentis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0004-7

# Sermo domini Petri de Rauenna

**Juris vtriuſqʒ doctoris Equitiſqʒ aurati. quem habiturus erat de mandato religioſiſſimi patris et domini/dñi Martini digniſſimi Epiſcopi Camineñ. Decretorũ doctoris conſumatiſſimi. In Sinodo per ipſum celebrata. Sed iuſta cauſa impediente/que tamen ſibi eſt incognita illũ recitare non potuit.**

I vllo vnqʒ tpe ꝯgratulandũ vere fuit Eccleſie Caminenſi. nũc ꝓfecto illud eſt tempus feliciſſimũ. tempus aureũ. cũ talem ⁊ tantũ fuerit ſortita paſtorem ⁊ diuinitus inſpiratũ vt cuncti fatentur. quo duce feliciter vt iam ceptum eſt erigetᷣ. Et licet duabꝫ meis incultis orationibꝫ conatus fuerim laudes eius exponere vix tñ vnã de centũ attingere potui. Neqʒ eñ mea eſt oratio. que tanti patris excellentiam valeat explicare. nõ aũt que epiſcopis ꝯueniunt ꝑ partes. ſed qḋ rariſſimũ eſt cuncta Martino fuere conceſſa. O vtinã chriſtiane religioni datũ fuiſſet deſuꝑ tales habere prelatos. Nihil eſt eñ dicit textus in. c. Nihil de elect. Quod ſic noceat eccleſie qꝫ ꝓmotio eoꝝ q̄ indigni ſunt ⁊ minus habiles ad regimẽ animaꝝ. Nam qḋ fit a prelatis facile a ſubditis trahitᷣ in exemplũ. Et eccleſiaſtici. x. ſcribitᷣ. Qualis eſt rector ciuitatis tales ⁊ habitantes in ea. Et pulchre loquitᷣ Iſidorus in. iij. de ſum̄o bono. dicit eñ Reges vitã ſubditoꝝ facile exemplis ſuis vel edificãt vel ſubuertũt. Illis nãqʒ aſſcribitur. Quicq̄d eoꝝ exemplo a ſubditis ꝑpetratur Eſt preſul nr̄ ſpeculũ alioꝝ in moribus. c. cũ in cunctis in prin. de elect. Nã viliſſimus putandus eſt ille qui p̄cellit alios dignitate. ſi nõ p̄cellit ſcientia ⁊ ſanctitate. c. viliſſimus. i. q. i. c. cõuenientibꝫ. i. q. vij. Notat glo. in. d. c. cum in cũctis. Inſtruit oues ſuas verbis ⁊ exemplis. c. nemo lxxxi. di. Non intumeſcit de ſua dignitate ſed potius timet. qꝛ ſcit eſſe ſcriptũ. ꝙ potentes potenter tormenta patientᷣ. viij. q. i. c. illud Et originaliter habetᷣ Sapientie. vi. Preſulem nr̄m ornant virtutes ⁊ boni mores. c. Epiſcopus vilẽ. xli. di. Et quid fecit reuerendi patres antiſtitem noſtrũ hanc Sinodũ celebrare certe ſanctitas ⁊ dei timor. c. ſicut olim de accu. vbi eleganter dicitᷣ. Non omittant ep̄i Sinodos ſingulis annis celebrare. In quibꝫ de corrigẽdis exceſſibus ⁊ moribus reformandis p̄ſertim in clero diligentem habeant cum dei timore tractatũ. Canonicas regulas maxime que ſtatute ſunt in hoc concilio generali relegẽtes ⁊ eas faciant obſer-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0005-3

uari debitam penam tranſgreſſoꝛibus infligendo. Et in.c.quoniā
xviij.diſ.dicit᷑. Dū aūt Sinodus agitur ſup canonicis ⁊ euangeli-
cis negocijs opoꝛtet ꝯgregatos in meditatiōe ⁊ ſollicitudine fieri
cuſtodiendoꝝ ⁊ viuificandoꝝ dn̄i mandatoꝝ. Ego aūt cum lau-
de dei hoc in loco ꝑcurram. Quid velit ſancta religio. quid iura
pontificum. quid velit honeſtas. que oīa in hac ſacra Sinodo con
gregati ante oculos habere non poſtponant. Sed opoꝛtuiſſet me
Mitridatis memoꝛia fuiſſe dotatū. Sepiſſime doleo aīaduertēs
maioꝛem chriſtianoꝝ partem in magno erroꝛe conſtitutā eſſe. Ui
uitur eīn in hoc ſeculo non ſecus ac ſi immoꝛtalitate donaſſet nos
ille opifex rerū. et tn̄ ſtatutū eſt homini ſemel moꝛi ad Hebꝛe.ix.
Et dū ſemel Iſidoꝛū in.iij. de ſummo bono legiſſem. Q3 geminū
donū confert lectio ſanctarū ſcripturarū. Intellectum mentis eru
dit a mundi vanitatibus. abſtractū hominē ad amoꝛem dei perdu
cit. excitati eīn ſepe illius ſermone ſubtrahimur a deſiderio vite
mundane. Statui in libꝛis ſacris die noctuqꝫ verſari. quoꝛū ver-
ba dum lego totus contremiſco. ⁊ alijs quandoqꝫ leticia exultanti
bus. mihi potius flere qꝫ ridere placeret. Et ſi ſanctiſſimus ille
Hieronimus in vaſta ſolitudine cōmoꝛans dicere ſolebat. Quoci
ens diem illum cōſidero toto coꝛde contremiſco ſiue comedaꝫ ſiue
bibam ſiue doꝛmiam. videtur illa terribilis tuba auribꝰ meis in-
tonare. Surgite moꝛtui ⁊ ad iuditiū venite. Et quid ceteri chriſti
ani innumeris inuoluti miſerijs facere deberēt. Et pulchꝛe loqui
tur Lactantius in.ij. O curue in terris anime celum potius intu
emini ad cuius ſpectaculū excitauit vos ille artifex verus deus.
Ille vobis ſublimē vultū dedit. vos in terram curuamini. vos al-
tas mētes cum coꝛpoꝛibꝫ ſuis ad patrem ſuū erectas ad inferioꝛa
depꝛimitis tanqꝫ peniteat vos quadrupedes nō eſſe natos. Et in
eo.c. ſic inquit. Nam dum exiſtimant nulli deo nos eſſe cure aut
poſt moꝛtem nihil eſſe futuros totos ſe libidinibus adijciunt. Et
dum licere ſibi putant hauriendis voluptatibꝫ ſcienter incubunt
per quas impꝛudentes in laqueos moꝛtis incurrunt. Ignoꝛāt eīn
que ſit hominis ratio. quā ſi tenere vellent moꝛtiferas libidinum
voluptates nō appeterent. Et idem Lactan. in.iij. ſic inquit. Cum
idipſum maximi ſit erroꝛis vitam pecudū ſub figura hoīs imi-
tari. Et in.xviij. ſic inquit. Qui ideo hominem rectū figurauit vt
ſciamus nos ad celeſtia ⁊ ſupioꝛa vocari. Et hoc pꝛeuidit ingenio
ſus poeta Ouidius dum dixit in pꝛimo li. Pꝛonaqꝫ cum ſpectent
animalia cetera terram. Os homini ſublime dedit celūqꝫ videre
Iuſſit. et rectos ad ſidera tollere vultus. Hei mihi qꝫ pagani ⁊ in
fideles miſeros chriſtianos in die iudicij accuſabunt. Uideamus
modo quid ſancta ſcriptura loquatur. quid talibus pꝛomittat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0006-8

Non audientur nunc verba Gregorij. non verba Hieronimi. non
Ambroſij. non Auguſtini. Sed illius maieſtatis eterne que dixit.
Ego ſum via veritas ⁊ vita. Et q̄ dixit Lu. xxi. Mar. xiij. Math.
xxiiij. Celum ⁊ terra tranſibunt verba autem mea non tranſibunt.
Ve multitudini populorum multorū. Jſaye. xvij. Ve qui profundi
eſtis corde vt a domino abſcondatis conſiliū quorū ſunt in tene-
bris opera. et dicitis. Quis videt nos. quis nouit nos. Jſaye. xxix.
Ve qui predaris nōne ⁊ ipſe depredaberis. Jſa. xxxiij. Ve diſſolu-
tis corde qui nō credunt deo. et ideo nō protegentur ab eo. Eccle.
ij. Ve his qui dereliquerunt vias rectas ⁊ diuerterūt in vias pra
uas. Eodē. c. Ecc̄i. ij. Ve ve ve ciuitas illa magna. ve ciuitas illa
fortis. quoniā vna hora veniet iudicium tuum. Apocal'. xviij. Ve
vnū abijt ⁊ ecce venient adhuc duo ve poſt hoc. Apoc. ix. Ve terre
⁊ mari. Apoc. xij. Ve genti peccatrici populo graui iniquitate ſe-
nū neq̄ filijs ſceleratis. Jſa. i. Audiui vocem vnius aquile volan
tis per medium celi ⁊ magna voce clamantis. Ve ve ve habitato
ribus in terra. Apoc. viij. Ve anime eorū. quoniam reddita ſunt
eis mala. Jſa. iij. Ve impio in malis ſuis. Jſa. iij. Ve qui coniungi
tis domū ad domū. ⁊ agrū agro copulatis vſq̄ ad terminū loci.
nūquid habitabitis vos ſoli in medio terre. Jſa. v. Ve qui poten-
tes eſtis ad bibendū ⁊ fortes viri ad miſcendam ebrietatem. Jſa.
v. Ve qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandā ⁊ potandum
vſq̄ ad veſperam. nec opus domini reſpicitis. Jſa. v. Ve qui dici
tis malū bonum ⁊ bonū malum. ⁊ ponitis lucem tenebras ⁊ tene
bras lucem. Jſa. v. Ve vobis viri impij. qui dereliquiſtis legem
domini. Ecc̄i. xli. Ve qui ꝯtradicit factori ſuo. Jſa. xlv. Ve vobis
diuitibus qui hic habetis cōſolationem veſtram. Lu. vi. Ululate
quia prope eſt dies domini. q̄r vaſtitas a domino veniet. Jſa. xiij.
Congregabo om̄es gentes ⁊ deducam eas in vallem Joſaphat. ⁊
ibi diſceptobo cum illis. et manifeſtabuntur om̄ibus merita ⁊ oīm
demerita. Johelis. iij. Fugite a facie gladij. quia vltor iniquitatis
gladius eſt. ⁊ futurum dei ſcitote iudicium. Job. xix. Juſtum ⁊ im-
pium iudicabit dn̄s. Eccleſiaſtes. iij. Judicabo te iuxta vias tuas
Ezechi. vij. Conturbentur omnes habitatores terre. quia prope
eſt dies tenebrarum ⁊ caliginis. Johelis. ij. Deuorabit eos ignis qui
nō ſuccindetur. Job. xx. Dabit ignem ⁊ vermes in carnes eorum.
Judith. xvi. Laborabūt populi in multo igne. Abakuk. ij. Vermis
eorum nō morietur nec ignis eorum extinguetur. Jſa. vlti. Pluet
ſuper peccatores laqueos ignis. Pſ. x. Jn igne ire mee conſumpſi
eos. Ezechi. xxij. Deus cuius ire reſiſtere nemo poteſt. Job. ix. Mi
ſeri eſtote ⁊ plorate quia riſus veſter in luctum ⁊ gaudium in me

rorem conuertetur. Jacobi.iiij. Itaqꝫ vnuſquiſqꝫ pro ſe rationem reddet domino.ad Roma.xiiij. Unus aūt quiſqꝫ propriam mercedē accipiet ſcōm laborem ſuū.prime ad Corin.iij. Unuſquiſqꝫ onus ſuum portabit.ad Galla.vi. Propter hoc venit ira dei in filios diffidentie.ad Ephe.v. Ante tribunal chriſti ſtabimus omnes ad Ro.xiiij. Diſcedite a me oīes qui operamini iniquitatem.ibi erit fletus et ſtridor dentiū.cū videritis Abraham Iſaac ⁊ Jacob ⁊ omnes prophetas in regno dei.vos aūt expelli foras.Lu.xiij. Et quis ex horum dei verborum lectione gaudere poterit.nonne potius cuiuſcūqꝫ vere ſapientis viſcera cōtremiſtent. Et nō omitto vnum pulchrū dictum Lactancij.qui ſic inquit. Nihil nobiſcum ferre poſſumus niſi vitā ſancte ⁊ innocenter actam. Ille ad deum felix ad deū copioſus adueniet cui aſtabunt fides charitas patientia miſericordia. Hec eſt hereditas que nec eripi nec ad alterum transferri poteſt. Quod aureū dictum Lactancij cōtra eſt fatuam quorūdam opinionem.qui exiſtimant ſe eſſe ſapientes ⁊ ſtulti facti ſunt.ad Ro.i. Nam dicūt.quid aliud in hoc mūdo habere poſſumus niſi letari et ducere in bonis dies noſtros. Heu heu quid audio.heu quia magnos meos amicos eſſe huius ſententie noui. et o vtinam letarentur prout dicitur Eccleſiaſtes.iij. Nihil melius qꝫ letari ⁊ bene facere in vita ſua. Sed imitantur Ariſtipum ⁊ Epicurū.quorū erroneam opinionem eleganter Lactantius lacerauit.⁊ licet contra tales poſſem multa horrenda adducere.tamē cōtentus ero his paucis Socrates ille philozophorū ſapientiſſimus dicere ſolebat. Quis aliquid humani pudoris habēs his duabus voluptatibus coeundi atqꝫ cōmedendi.que homini et aſino cōmunes ſunt delectatur. Quam ſentētiam retulit Abbas in.c.cū in iuuentute de preſump.et Jo.genzon de cōtemptu mūdi ſic inquit. Ecce nō potes duo gaudia habere.delectari in hoc mundo ⁊ poſtea regnare in celo cum chriſto. Et quemadmodū fumus iſta deficiunt et nulla erit recordatio preteritorū gaudiorū. Et Hugo in li.i.de anima ſic preclare dixit. Dic mihi vbi ſunt amatores huius mūdi qui ante pauca tempora nobiſcum fuerunt.fuerunt homines ſicut tu.riſerunt ſicut tu.biberunt ⁊ comederunt ſicut tu. Duxerunt in bonis apparatibus dies ſuos.in puncto aūt ad inferna deſcenderunt eternaliter crutiandi. Et beatus Hieronimus ad Julianum ſcribens ſic eleganter loquutus eſt. Difficile immo impoſſibile eſt vt preſentibus quis ⁊ futuris fruatur bonis et hic ventrem et illic mentem impleat.vt de diuicijs tranſeat ad diuicias et in vtroqꝫ ſeculo primus ſit.vt ⁊ in celo ⁊ terra glorioſus appareat. Et ad Euſtochiū ſcribens ſic etiam inquit. Diuinis euan

contra Ariſtippum et Epicurum

nō ē letandum in voluptatibꝫ

gelium vocibus intonat. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. ⁊ audeat quiſq̄ꝫ mendacem chriſtum facere deo et mām̄one ſeruiendo vociferat. Jlle ſepe qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum ⁊ tollet crucez ſuam ⁊ ſequatur me. et ego onuſtus auro arbitror chriſtum ſequi. Et beatus Auguſti. in quodam ſermone ſic inquit. Nulla eſt maior inſania q̄ꝫ pro delectatione momentanea perdere eterna gaudia ⁊ ſe obligare ad eterna ſupplitia. Nā vanitas vanitatū ⁊ om̄ia vanitas. Eccleſiaſtes .ij. et Job. xx. ſcriptum reliquit. Laus impiorū breuis ⁊ gaudiū hypocrite ad inſtar pūcti et quaſi ſterquiliniū in fine perdetur. Et. xxi. dicit ſic. Tenēt tympanum ⁊ cytharā ⁊ gaudent ad ſonitū organi. ducunt in bonis dies ſuos in puncto ad inferna deſcendunt. Et Mathei. vi. Nolite theſauriſare vobis thezauros in terra vbi erugo ⁊ tinea demoliūt et vbi fures effodiunt et furentur. ad Collo. iij. Que ſurſum ſunt querite nō que ſuper terram. Et beatus Hiero. in ſuo teſtamento ſic inquit. O vita mundi nō vita ſed mors. vita fallax. vita onuſta triſtitijs plena imbecillis ⁊ vmbrata vita mēdax. nūc flores ſtatim areſcis. vita priuans. vita meſta. vita fragil'. vita momētanea ⁊ caduca. que quātomagis creſcis tantomagis decreſcis. cū plus procedis plus ad mortem propinquas. O vita plena laqueis quot in mundo homines illaqueos. quot per te iam ſuſtinent tormenta infernalia. q̄ꝫ beatus qui de tuis nō curat blanditijs q̄ꝫ beatiſſimus qui de te bene priuatus eſt. Et beatus Auguſti. in libro de miſeria huius mundi ſic refert. O vita preſens q̄ꝫ multos decipis. que dum cognoſceris nihil es. dum exaltaris fumus es. ſapientibus amara es. inſipientibus dulcis. qui te querunt non te cognoſcunt. qui te cognoſcunt ipi te fugiūt. ¶ Interrogatus eſt quidam philoſophus quomodo ſe habet homo. Reſpondit vt lucerna ad ventū que cito extinguitur vt fumus qui cito diffunditur. Interrogatus cui ſimilis eſt homo. reſpondit. aceruo niuis quia vt aceruus niuis modico calore cito in aquam de qua fuerat reſoluitur. Sic homo genitus de putredine modica infirmitate in eam reuertitur. Similis eſt etiam roſe matutine. que dum colligitur mane pulchra videtur in ſero vero marcida inuenitur. Sic homo in iuuentute apparet floridus in ſenectute vero marceſcit. Interrogatus quid eſt homo. reſpondit mancipiū mortis hoſpes loci viator tranſiens. Et ideo frater Bern. de feltro de obſeruantia minorum excellentiſſimus verbi dei ſeminator. per totam Italiam me audiente ſepiſſime dicere ſolebat. Q[z] maior pars generis humani hac falſa opinione in profundum celerius mergitur q̄ꝫ plumbum ex

Quomodo se habeat homo

Cui sit similis

Quid sit homo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0009-9

alto cadens. Qui nunc poſt obitum ſuum papie multis coruſcat
miraculis et ſic ſanctiſſima fides noſtra non ſolum ex his que le-
gimus. Sed ex his que nunc videmus mirabiliter confirmatur
et qui vidit teſtimoniũ perhibuit. ¶ Nunc deueniam ad ſecundũ
⁊ tertiũ ſimul. quid velint iura pontificum ⁊ quid velit honeſtas
⁊ more legentis vtar. Nõ ſecus ac ſi in chatedra ſedendo meis au
ditoribus legerem. Sed loquer cũ maturiori deliberatione ⁊ ma
iori grauitate propter excellentiam auditorum. voluiſſem tamen
hanc prouintiam dicendi hoc in loco alteri fuiſſe demandatam.
Sed poſtq̃ mihi fuit demandata loquar audacter quid de iure
ſentiam in materia. Sinodo conuenienti et latiſſime in mandato
cõuocationis continetur. quod mihi vt illud legerem fuit exhibi-
tum. Et anteq̃ ingrediar hunc ampliſſimum campum quattuor
volo premittere proteſtationes. quarum prima ſit iſta. Quia ego
ſum Petrus de Rauenna Juris vtriuſq; doctor. minimus non
Job. Et ſic in dictis meis poſſum errare. ⁊ ideo quecunq; dixero
ſubmitto correctioni et emendationi chriſtianiſſimi antiſtitis nr̃i.
Cui canones ſunt in promptu. Et omniũ excellentium virorum
hic aſtantium. qui ſunt ingenio ⁊ doctrina prediti. Secundo pro-
teſtor ꝙ nõ habeo poteſtatem legis condende. Et ideo nouos ca-
nones nõ faciam ſed factos per habentes poteſtatem declarabo ⁊
interpretabor. Sed in hoc poſſem errare. ideo me ſubmiſi corre-
ctioni. Tertio proteſtor. Quia nolo ꝙ mihi credatur niſi venero
cum pignore in manu. Nam cũ ſim Jtalus vtor prouerbio Jta-
lorũ. Quarto ⁊ vltimo proteſtor ꝙ omittam multa que omnibus
ſunt cõmunia. Si tamẽ aliqua cõmunia adducã. aut illud faciam
iuſta ratione motus. Aut quia adducam aliqua que nõ ſunt nota.
niſi illis ſuper quorũ libris puluis nõ cecidit vt verbis vter. Bal.
Et pro fundamento adduco primo quedam pulchra iura ⁊ dicta.
text. in. c. ecce. xcv. diſ. Ubi dicitur ꝙ ſacerdotes poſiti ſunt regere
eccleſiam dei. Et tex. mirabilem in. c. quis dubitet. xcvi. diſ. Ubi
dicitur. Quis dubitet ſacerdotes chriſti regum principum ⁊ oĩm
fidelium eſſe patres ⁊ magiſtros. Et miſerabilis inſanie eſt. Si
filius patrem ⁊ diſcipulus magiſtrum ſibi ſubiugare conetur. Et
in. c. boni principis eadẽ diſ. Ubi dicitur. ꝙ boni eſt principis ho
norare ⁊ tueri ſacerdotes. vi. q. i. c. ſacerdotes dicit̃ ſic. Sacerdo-
tes qui proprio ore corpus chriſti conficiunt ab omnibus ſunt ti-
mendi nõ dilacerandi. Populus eñ ab illis eſt docendus ⁊ corri
piendus. nõ ipi ab eo. Et. xi. q. i. c. ſacerdotib9 Appellant̃ dij. dñ di-
Dijs nõ detrahes. id eſt ſacerdotib9. Et in. c. cũ ex iiuncto de here.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0010-1

Et hoc ꝓpter excellentiam ordinis ⁊ officij adminiſtrationem et
alibi appellanẗ nūcij dei in.c. quē penitet de. pe. diſ.i. Et adduco
pulchrū textū Leuitici.xxi. Sacerdotes ſancti erunt deo ſuo. ⁊ nō
polluent nomen eius Incenſum em̄ dn̄o et panes dei ſui offerunt
Et ideo ſancti erunt. Et hunc elegantē textū ego laicus ſepiſſime
memoria repeto. Ergo ſumma ope niti debent. ne illis laici iuſte
detrahant.ne iuſte dilacerentur. ne eorū exemplo malum a laicis
perpetreẗ. Juxta illud ꝓuerbiū. A boue maiori diſcit arare minor
Et ne illis dicatur. Tollere feſtucā qui vis de fratris ocello. Que
tua ꝑturbat lumina tolle trabem. Magnū eſt nanqꝫ principium
reformationis vite laicoꝝ ſi in primis vita reformetur clericorum
Nō omitto etiā textū terribilem quē quando in cathedra allego
totus ego laicus cōtremiſco. et eſt textus beati Auguſti.ſcribētis
ad Ualeriū. Et habeẗ in .c. ante om̄ia.xl.diſ. Qꝫ in hac vita nihil
difficilius laborioſius ⁊ periculoſius officio epiſcopi aut preſbite
ri aut dyaconi. Sed apud deū nihil beatius. ſi eo modo militetur
quo noſter imperator p̄cepit. Premitto etiā ꝙ epiſcopus debet in
ſua dioceſi inquirere adulteria ⁊ ſcelera.et liberam habet poteſta
tē puniendi ea ſi opus erit inuocare brachiū ſeculare .c.i.de offi.
ordi.et dicit textus in.c.irrefragabili eo.ti. Qꝫ debent epiſcopi di
ligenter intendere vt corrigant exeſſus ſubditorum ⁊ reforment
mores ne ſanguis eorū de ſuis manibus requiraẗ. Jd eſt ꝙ ſi pre
latus eſt negligēs punitur apud deū de peccato ⁊ perditione ſub-
ditorū. Et ibi glo.dicit.ꝙ illud eſt verbum durum pro prelatis ne
gligentibus corrigere ſubditos.c.vlt.de regu.c.cum ad monaſte-
riū .§. vlti.de ſta.mo.c.qualiter ⁊ quando de accu. Nec admittiẗ
paſtoris excuſatio.ſi lupus oues comedit ⁊ paſtor neſcit.c.quāuis
de regu.iu. Et textus in.d.c.irrefragabili vult.ꝙ nō valet conſue-
tudo nec appellatio contra correctionem exceſſuū et morum refor
mationē. Et prelatus teneẗ de negligentia .c. ea que de offi.archi.
Et in prelato negligentia eſt peccatū mortale.vt notabiliter dicit
glo.in.d.c.ea que Jn.c.clericis de immu. eccle.in.vi.in.§. crimis
xxv.diſ. Et dicit textus in.c.nihil.lxxxiij.diſ.ꝙ negligentia eſt no-
uerca eruditionis ⁊ operis. Et alibi dicit textus. Qꝫ prelati negli
gentes nō timent deum.in .c. diuinis .xxv.q.i.vbi eleganter dicit
tex. ſic. Quotiēs quis negligenter paſcit dominicū gregē cōmen
datū totiens ꝯuincitur ſummū nō amare paſtorem. Et etiā iura
ciuilia clamāt ꝯtra negligētes tex.cū glo.notabili in auẗ.de queſt.
in fi.l.pupillus.in fi.ff.de his que in fraude.cre. in.l.i. et ibi ꝑ bal.
C.de ſenatuſcō. Clau.in.l.fi. C.depoſiti in.l.penul.et fi. C.de āna.
excepti. Et aduertant epiſcopi ꝙ etiam in criminibus nō ſpectan-
tibus ad eccleſiam poſſunt procedere ad penitentiā imponendam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0011-6

Licet nō poſſint ꝓcedere quo ad penam iuditialiter imponendaꝫ
ꝓut notabiliter volūt glo.et docto.in.c.nos inter de pur.cano.Qđ
tamē ſingulariter limitaꝛ.niſi illa crimina nō ſpectantia ad eccle-
ſiam ſint notoria.quia cū tunc cōuincatur iudex ſecularis de negli
gentia eoipſo ꝙ factū eſt notoriū ⁊ nō ꝓcedit.tunc epiſcopus pote
rit ꝓcedere etiā ad penam iuditialiter imponendā.et pro hoc alle
go ſingularem textū.in.c.i.de cen.in.vi. in verbo notoria .¶ Iſtis
ſic premiſſis venio ad quaſdam ꝯcluſiones. Quaꝝ prima eſt iſta.
ꝙ clerici debent cōtinenter viuere.xxxij.di.per totū et ibi per glo.
in ſumma. Et epiſcopus debet cogere eos ad dimittendū mulie-
res.de quibꝫ eſt ſiniſtra ſuſpitio vt in.c.clericos in.c.ſicut de coha.
cle.et mulie. Sed quero in iſta concluſione.an licitū ſit audire di
uina a notorio fornicatore.Et iſta queſtio examinaꝛ per doct.in.c.
veſtra de coha.cle.et mulie.Et ibi Abbas dicit ꝙ iſte paſſus eſt pi
culoſus.et de illo ſepe fuit interrogatus a viris timorate ꝯſcientie
Et ipſe tandem ibi ponit iſtam deciſionem quā puto veriſſimam
ꝙ ſi fornicatio eſt ita notoria ꝙ nullaꝫ habet dubitationē. ſicut vi-
demus in pluribus clericis.qui tenent ita publice ꝯcubinas ſicut
vxores.et publice nutriunt filios ita ꝙ ipi etiam nō audent diffi-
teri.tunc omnino eſt abſtinendū ab illis.Et iſta concluſio optime
probaꝛ in d.c.veſtra in fi.dū ibi dicitꝛ.Nec habent operis euiden-
tiam.et ibi clare glo.que dicit ꝙ in tribus caſibus nō ſunt audien
da eoꝝ officia.quando ſunt cōdemnati vel confeſſi in iure.vel qn̄
eſt notoriū facti.ad idem tex. in c.tua nos eo.ti.Et ibi per glo.no.
In verbo celari ⁊ in verbo nō ex euidentia.Et iſtam opinionē te-
nent etiā Hoſtien.Jo.an.et Antho.de Bu.in d.c.veſtra. Quos
refert et ſequiꝛ Ab. Licet aliqui voluerint ꝙ debeat primo prece-
dere monitio.quia ceſſante monitione nō videꝛ ꝙ quis poſſit ha-
bere indubitatam ſcientiā de ꝯcubinatu.cū poſſit clericus habere
excuſationē. Sed iſta opinio ꝓcedit vbi fornicatio nō habet illam
operis euidentiā. Sꝫ poteſt ꝓbabiliter tergiuerſari. Puta qꝛ con
cubina habitat cum matre clerici dicit eam famulam matris vel
quid ſimile.tunc debet expectari monitio ⁊ eius cōtemptus.⁊ pro
iſta opinione allego glo.xxxij.diſ.in ſumma. Que dixit ꝙ ſi clerici
habent publicas ꝯcubinas.nullus miſſam eoꝝ audiat. Nec dicit
illa glo.aliqd ꝙ debeat monitio p̄cedere. Et tex.in c.nullus.xxxij.
diſ.dicit ꝙ nullus debet audire miſſam preſbiteri quē ſcit indubi
tanter concubinā habere . Et ibi glo.hoc firmat clare per tex.in c.
vlti.de coha.cle.⁊ mulie.qui tex. hoc decidit in terminis ꝙ ad eui
tandū tales cōcubinarios nō requiriꝛ talis monitio dūmodo res
ſit ita euidens ꝙ nulla tergiuerſatione poſſet celari. Nam ſi requi
rereꝛ admonitio ibi interueniret actus iuditialis ⁊ ſic ꝓprie noto

riū nō orirctur ex euidentia rei ſed potius ex preſumptione. quia
noluit parere monitioni. Et ſic potius eſſet quoddā notoriū iuris
q̄ȝ facti. quia iuris artifitio eſſet inductū. Nec obſtat tex. in c. ſi qui
ſunt. lxxxi. diſ. quia ille textus intelligiť in fornicatiōe nō notorio ꝑ
euidentiaȝ facti. Uel aliter reſpondeo. quia dū diciť ibi ꝑſeuerare
maluerūt ꝑ que verba aliqui volūt ꝙ requirať monitio. Quia di
co etiā intelligendo illum textū. Jn notorio fornicatore qđ intelli-
gitur. qn̄ clericus tenet notorie cōcubinaȝ. nec curat illā relinque
re. tunc diciť ꝑſeuerare in tali crimine. et tunc peccant audientes
ab eo diuina abſqȝ alia monitione. Et cōcludo etiam tales eſſe ipo
iure ſuſpenſos ab officio vt tenuit Ab in. d. c. veſtra. que opinio ꝓ-
batur ꝑ textū notabilem in. c. preter. xxxij. diſ. vbi diciť ſic Ex parte
omnipotentis dei et autoritate principū apoſtoloꝝ Petri ⁊ pauli.
precipimꝰ ⁊ interdicimus. vt miſſas nō cantent nec euangeliū le-
gant nec epiſtolā ⁊ cetera. Et loquiť textus ille de notorio fornica
tore. Jllū textū allegat Ab. ad hoc in c. ſicut de coha. cle. ⁊ mulie.
qui allegat Jnno. in c. i. de ſen. excō. in. vi. tenentē iſtam opinionē
per illū textū. et allego etiaȝ glo. in. d. c. ſicut in verbo ſuſpendatis.
que allegat tex. in. d. c. preter. Et ꝑ hoc ſequiť ꝙ celebrantes incur
runt irregularitatē ſm Abba. in d. c. veſtra. et in d. c. ſicut ⁊ Jnno.
in d. c. i. Sequitur etiā aliud ꝙ ſunt ſuſpenſi a beneficijs. pro quo
eſt bona glo. in cle. cupientes de penis. qđ ꝓbatur ratione. Bene-
ficiū eſt ſequela officij vnde ſi nō poteſt dicere officiū ex culpa ſua
nō debȝ ꝑcipe bn̄ficiū. c. fi. de reſcri. in. vi. c. paſtoral' in fi. de appel.
O q̄t miſeri clerici in Jtalia. in Francia. in Hiſpania. ⁊ ceteris re
gionibꝫ velotius ſagitta currunt ad tartarias oras ꝓpter incōtinen
tiam nec ad hoc aduertūt ⁊ quid ꝓderit illis in ſortem domi fuiſſe
electos. Gratias ingentes ago deo meo. quia nō ꝑmiſit me clerica
lem vitā ducere. nam defuncta vxore mea prima ſuadebāt amici
⁊ ꝓpinqui vt curiā peterem. dicentes ꝙ euaderem in magnū virū
nō em̄ dicebant ipi. Tibi deerunt epiſcopatus nō abbatie nō pre
lature. quod cōſtanter facere recuſaui. ⁊ vt penitus eſſem incapax
ſecundaȝ duxi vxorem. noſcebam em̄ meipm̄ ꝙ feciſſem vt aliqui
faciunt ⁊ forte peius Malui potius in matrimonio viuere cū pau
cis redditibus q̄ȝ ampliſſimos beneficiorū redditus poſſidere et
incōtinenter viuere. nec vnq̄ȝ me facti penituit et ſi erraui libēter
erraui. Sciebam em̄ eſſe ſcriptū ꝙ grande patrimoniū grandis
temptatio eſt. ⁊ quanto quiſqȝ in ſuꝑiori conſtitutus eſt loco tanto
in maiori verſať periculo. Cui em̄ plus cōmittitur plus ab eo exi
gitur etiā cū vſura penarū. hoc elegāter ſcriptū reliquit Jſidorus
in. iij. de ſummo bono. Et nō minus gaudeo meis canonibus ⁊ le
gibus cum paucis redditibus q̄ȝ habundantes diuicijs ⁊ me cum

tali ſoꝛte natum fuiſſe gratuloꝛ ⁊ exulto. ¶ Secūda eſt concluſio.
Qꝫ grauiter peccant clerici bibētes ad equales potus ⁊ grauius
laicis peccant. Quia vnū ⁊ idem delictū eſt grauiꝰ in clerico q̄ȝ in
laico. et hoc eſt clariſſimū nec indiget ꝓbatione. Et iſta concluſio
egregie ꝓbabitur. et pꝛimo adduco tex. in. c. a crapula de vita ⁊ ho
neſtate clericoꝝ. vbi dicit tex. foꝛmaliter ſic. Illū abuſum penitus
decernimus abolendū quo in quibuſdam ꝑtibus ad potus equa-
les ſuo modo ſe obligant potatoꝛes et ille iuditio taliū plus lauda
tur qui plures inebꝛiat. ⁊ calices fecūdioꝛes exhaurit. et pena eſt
vt clericus monitus nō deſiſtens ab officio vel beneficio ſuſpen-
datur. Et iſte eſt tex. cōcilij ⁊ ſup̄ allegaui tex. Ipius oīpotentis
dei loquentis ꝑ os ꝓphete Iſa. v. Ubi deus ipſe iuſtiſſimus talibꝰ
ꝓmittit nō aurū nō argentum nec terrā fluentem lac ⁊ mel. ſed ve
dū dicit̄ ibi. Ue qui potentes eſtis ad bibendum ⁊ viri foꝛtes ad
miſcendā ebꝛietatem. Adduco etiā veritateȝ in euangelio Lu. xxi.
Attendite aūt vobis ne foꝛte grauentur coꝛda veſtra in crapula ⁊
ebꝛietate. ⁊ ſuperueniat in vos repentina dies illa tanq̄ȝ laqueus.
Adduco etiam ſingularem tex. in. §. criminis. xxv. diſ. vbi ebꝛietas
equipatur ſacrilegio adulterio ⁊ homicidio. Et in. c. ij. de regu. iu.
vbi equipatur ſtupꝛo ⁊ blaſphemie. et tex. xxxv. diſ. in pꝛin. vbi fit
mentio teſtamenti veteris. q̄ ſacerdotes ꝓhibebantur ne ebꝛieta-
te grauarent̄. Et tex. in. c. ante oīa ea. diſ. vbi dicitur. Qꝫ a clericis
veter̄ ebꝛietas. que oīm vitioꝝ fames ac nutrix eſt. Et tex. in. c. i.
de reli. et vene. ſanct. vbi dicit̄. Qꝫ pꝛo in ebꝛietate perempto non
oꝛat eccleſia. Quia ſcōm Aplm. Ebꝛioſi regnū dei nō poſſidebunt
et ſic debet carere eccleſiaſtica ſepultura. Et tex. in. c. dolentes de
cele. miſ. vbi dicit̄ ſic. Nō ſolum clerici ſed eccleſiarū pꝛelati circa
cōmeſationes ſupfluas ⁊ fabulationes illicitas vt de alijs tacea-
mus fere medietatē noctis expendūt ⁊ ſomno reſiduū relinquen
tes. vix ad diurnū concentū animi excitant̄ tranſcurrendo vndiq̄ȝ
cōtinua ſincopa matutinū. Et tex. in. c. nullus de con. diſ. v. vbi di-
citur ſic. Clerici ſe inebꝛiare nullatenꝰ pꝛeſumant. vel alios ad bi
bendū cogere. vel ſe aliena pꝛecatione ingurgitare. Et quia tex. in
d. c. a crapula dicit. q̄ tales potationes inducūt exiliū mentis. Di-
cunt aliqui docto. moderni in. d. c. a crapula. Qꝫ turpe eſt homini
animaliū nobiliſſimo et cū ingenio ſublimi creato pati exiliū men
tis. ¶ Tertia eſt concluſio. Nō debent clerici exercere negotiatio
nes. c. clerici de vita ⁊ ho. cle. et ꝯtra tales clericos eſt pulcher tex.
in. c. negotiatoꝛeȝ. lxxxviij. diſ. vbi dicit̄. Qꝫ talis clericus eſt fugi-
endus tanq̄ȝ peſtis. Quod tn̄ limitat̄ nō ꝓcedere ſi indiget. quia
tunc pōt vti honeſtis negotiationibꝰ. Et que dicant̄ honeſte nego
tiationes. allego glo. notabilem. xiiij. q. iij. in ſumma. Que dicit q̄

licet clericis emere aliquã rudem materiã. et exinde artificio ſuo
cõficere aliquid ⁊ ſic lucrari. Quia nõ licet clerico emere rem vt
vendat in eadẽ forma. Sȝ in alia forma ſic. vt quia emit coreũ vt
facit ſotulares vł libros de q̃ etiã ꝑ glo. in. c. canonũ ſtatutꝫ. xiiij. q.
iiij. et habeẜ. xci. diſ. ꝑ totũ. notat Ab. in. c. i. ne cle. vel mona. Et ido
nõ licȝ clerico ꝯducere poſſeſſiones laicorũ cauſa cupiditatis ⁊ lu
cri glo. in. c. fi. lxxxvi. diſ. Jn. c. i. lxxxviij. diſ. Et diciẜ cauſa cupidi-
tatis ⁊ lucri quãdo nõ eſt in neceſſitate ꝯſtitutꝰ. Quia cupiditas
eſt peccatũ mortale. i. ad Thi. ij. Radix oĩm malorũ eſt cupiditas
Et Diogenes phũs dicere ſolebat cupiditatẽ eſſe artem oĩm ma-
lorũ. Addo etiã glo. in. c. dilecti de deci. hoc tamẽ intelligo nõ ꝓce-
dere quãdo ipe clericus ſuccederet cõductori. quia tũc põt licite
ſtare in illa ꝯductione vſqȝ ad prefinitũ tempus locatiõis. Et pro
hoc allego ſingularem glo. in. c. i. in ꝟbo cõductores ne cle. vel mo.
Pro quo ſingulare dictũ Bar. in. l. i. §. pe. ff. de fal. vbi ſi ex forma
ſtatuti nõ poteſt nobilis recipe ceſſionem ꝯtra popularem. ꝙ ſi no
bilis ſuccedit in aliqua actionẽ iure hereditario nõ incidit in ſta-
tutũ per illũ tex. Et eſt ſingulariter notandũ. ꝙ negocia ſecularia
alꝯs licita non ſunt ꝓhibita clericis in minoribus cõſtitutis nõ be
neficiatis vt notant docto. in. d. c. i. ne cle. vel mo. Quod dictũ mul
tum extollit Ab. ibi in finalibꝫ verbis. Et clerici in ſacris cõſtituti
vel beneficiati nõ debent eſſe famuli laicoꝝ. vt ꝓbatur in. c. ſacer-
dotibus ne cle. vel mõ. quod limito nõ ꝓcedere in caſu neceſſitatis
quãdo aliter nõ poſſet ſibi clericus prouidere. Pro q̃ allego tex. no.
iũcta glo. in verbo auaritie in. d. c. fi. lxxxvi. diſ. Nõ poteſt etiã eſſe
clericus officialis principis ſecularis ꝓ iuſticia exercenda vt eſt
tex. in. c. ſed nec Ne cle. vel mo. Poſſunt tamẽ clerici eſſe de cõſilio
ꝑncipũ ſeculariũ. Et ꝓ hoc allego pulchrũ tex. in auc̃. abita. C. ne
fi. pro pa. et ibi per Bal. in primo notabili qui dicit notabiliter ꝙ
poſſunt clerici in legibus cõdendis dare ꝯſilium principibꝫ ſecu-
laribus. et licȝ ex hoc ſequaẜ mors alicuius per accidens nõ eſſent
irregulares. Sed queritur nũquid clericus incurrat irregulari-
tatem. ſi interrogatus dicit. ꝙ pro tali crimine debeẜ pena mortis
de quo per glo. ⁊ docto. in. c. ex lr̃is de exceſſi. prela. Et eſt cõcluſio
ꝙ ſi crimẽ nõ imminet puniendũ de preſenti nõ ꝯtrahit irregulari
tatem. Alias ſi ex cõſilio ſiue generali ſiue ſpeciali ſequaẜ homici-
dium erit irregularis: qd̃ intellige niſi iudex eſſet diſpoſitus oĩno
ad illũ decapitandũ. et iſte fuit interrogatus a q̊dam que pena de
bet imponi. et reſpõdeat capitalis. tunc nõ efficiẜ irregularis. quia
homicidiũ nõ eſt ſequutũ ex ſuo ꝯſilio. quia oĩno iudex erat diſpo-
ſitus ad hoc. Jta cõcludit Ab. in. d. c. ex lr̃is. Sed ego in hac mate
ria allego glo. de q̃ Ab. nõ fuit recordatus in. c. peſſimã. xxiij. q. viij.

Que notabiliter dixit ꝙ licet clericis exponere legem de interfici
endo. ſed nō ꝯſulere p̄ciſe. Et ibi ꝑ Archi. Et in tantū clerici ſunt
ꝓhibiti ſe imiſcere negocijs ſecularibꝰ ꝙ nō debent rogari teſtes
in aliquo inſtrumento ꝯficiendo. Nec etiā in iuditio ſi tranſeundo
aliqua viderint vel audierint. niſi laici teſtes nō repiantur. tūc in
defectū admittunꝰ ne veritas occulteꝰ. Et tūc eſt in optiōe epiſco
pi vel clericū examinare ⁊ remittere ſub ſuo ſigillo teſtimoniū eiꝰ
ad iudicem vl' dare licentiā iudici cauſe ꝙ examinet ipm. vt in. c.
quāq̄ȝ. xiiij. q. ij. et ita intelligit illū tex. Ab. in. c. cū nūtius de teſti.
Et ibi etiā tenet ꝙ valet teſtimoniū clerici deponētis ſine licētia
ſui epiſcopi coraȝ iudice ſeculari licet malefecerit. Pro quo allego
glo. in. c. i. de iura. col. ¶ Quarta eſt ꝯcluſio. Clerici nō debent ha
bere hiſtriones in domo. imo nec eos audire debēt. c. clerici de vi.
⁊ ho. cle. c. nō oportet miſtros de ꝯſe. diſ. v. Et ibi dicitꝰ. Si clerico
exiſtente in menſa veniat hiſtrio debet clericus de menſa ſurgere
et potius recedere q̄ȝ audire. Et talibus eſt ꝓhibitū aliquid dare.
glo. eſt notabilis in. c. donare. lxxxvi. diſ. Et ibi glo. notabiliter tan
git. Quid de cithariſtis ⁊ alijs qui vtunꝰ varijs inſtrumētis. nūq̄d
ſit licitū audire vel eis aliquid dare. Et glo. dicit ꝙ nō. ſi ad volu
ptatem vel ad luxuriam. Sȝ ad laudem dei ſic. vel ob aliā iuſtam
cauſam puta recreatiōis. vt q2 eſt debilis vel infirmus. Quā glo.
notabiliter limitat. ibi Archidiaconus. dū tamē ante ſe obſcenos
motus corpoꝝ fieri nō patiatur. Allegat tex. in. c. preſbiteri. xxxiij.
diſ. Et in. d. c. nō oportet. Fallit tamē hoc niſi tales hiſtriones ⁊ ſi
miles eſſent in neceſſitate cōſtituti ſcōm glo. ibi. Pro qua glo. alle
go pulchrū textū in. c. duo iſta. xxiij. q. iiij. dū ibi dicitꝰ. Nulli homi
claudenda eſt miſericordia. Sicut nulli peccatori impunitas rela
xanda eſt. Et tex. in. c. odio habeanꝰ peccata nō homies. lxxxvi. diſ.
Et Areſtotiles ſemel rn̄dit cū ſibi ꝓbro dareꝰ ꝙ neq̄ȝ homi miſe
ricorditer tuliſſet opem nō mores miſeratus ſum ſed hoīeȝ. Et de
honeſtate clericoꝝ eſt pulcer tex. in. c. his igitur. xxiij. diſ. vbi dicitꝰ
A vulgari vita ſeculi ſe abſtineāt fugiant ſpectacula ⁊ cōuiuia pu
blica. Et in. d. c. preſbiteri dicitꝰ. ꝙ debent euitare ꝯuiuia nuptiarū
nec his cetibus miſceanꝰ vbi amatoria cantanꝰ. nec coreis ⁊ ſalta
tionibus Debent etiā deferre tonſurā in modū corone ⁊ patentibꝰ
auribus tex. notabilis in. c. penul. xxiij. diſ. Et glo. plena in cle. quo
niam de vi. ⁊ hone. cle. Clericis etiā eſt ꝓhibitus ludus aleaꝝ nec
excuſat ꝯſuetudo. ⁊ reputatur vilis ⁊ poteſt irritari collatio bene-
ficij facta tali aleatori. c. inter dilectos de exceſſi. pla. Et licet ꝯmu
niter cōcludaꝰ ꝙ ludus ſcacorū eſt ꝑmiſſus clericis. vt in Auct.
interdicimus. C. de epi. ⁊ cle. Hoc tamē nouiſſime ſingulariter li
mito nō ꝓcedere qn̄ clericus luderet cū laico. Quia ꝓpter mixturā

laici ludus alias ꝑmiſſus clericis efficiṫ illicitus. ⁊ ꝓ hac pulchra
limitatiōe allego ſingularē tex. iuncta glo. in. c. cōtinebaṫ de homi-
cidio. Peccat etiaꝫ clericus qui intereſt officiis ⁊ nō intelligit que
dicuntur ibi ita Cardi. in cle. i. de cele. miſ. in. ij. queſtione. Debent
etiā clerici ꝯuenire ad choꝝ nō tarde. debent em̄ eſſe in eccleſia a
principio vſqꝫ ad finē officij. nec debent diſcedere anteqꝫ dicaṫ be-
nedicamus dn̄o. quia nihil diciṫ eſſe actū donec aliquid ſup̱ eſt ad
agendū. Et ante exeuntes carebūt quottidianis diſtributionibus
ꝑ ea que habenṫ in. c. i. de cle. nō reſi. Jn. vi. ita dicit Cardinalis in
dicta cle. i. in. viij. notabili. Niſi ſup̱ueniret aliqua iuſta ⁊ rōnabi
lis cauſa exeundi. vt ibi laici etiā nō ſatiſfaciūt precepto ſi ante be
nedictionē ſacerdotis recedunt a miſſa. c. miſſaꝫ ⁊. c. ſequēti de ꝯſe.
diſ. i. Et clericus etiaꝫ nō dicens officiū deuote ex quadā accurata
negligentia peccat mortaliter. vt ꝓbatur in. d. cle. i. §. ne igitur. Et
ibi ꝑ Cardi. in. vi. q. qđ patet. quia ꝑ hoc pōt excōmunicari. Et cle
ricus nō dicens officiū abſqꝫ rōnabili cauſa teneṫ ad reſtitutionē
fructuū in foro aīe. quos interim ꝑcepit Ab. in. c. i. de cele. miſ. ꝓ
quo allego glo. de q̄ Ab. nō fuit recordatus in. c. ſi canonici in ṽbo
tenebunṫ de offi. ordina. in. vi. Et in miſſa cōmemorationis nō de
bet dici Jmnꝰ angelicus nec Simbolū. c. ꝯſiliū de cele. miſ. Et ibi
docto. dicūt ꝙ cōmuniter ſacerdotes errant in hoc. qꝛ ꝯmuniter in
miſſa cōmemoratiōis dicunt gloria. ¶ Quinta ē ꝯcluſio. Nō valet
ꝯſuetudo que eſt in ꝗbuſdam ꝑtibus almanie ꝙ in certis feſtiuita
tibꝫ anni intrent laruati ⁊ clerici ⁊ laici eccleſias cū ꝗbuſdā ludis
⁊ ludibrioſis ſpectaculis. et cōtra talem ꝯſuetudinē eſt tex. in. c. cū
decorē de vita ⁊ ho. cle. vbi talis ꝯſuetudo tanqꝫ corruptela repro-
baṫ. quia eſt ꝯtra honeſtatē eccleſiaꝝ. ⁊ cōtra talem corruptelā ad-
duco ratiōꝫ. Si dn̄s ⁊ ſaluator nr̄ eiecit ementes ⁊ vendentes de
templo dicēs. Domus mea domꝰ orōnis vocabitur. multo fortius
eieciſſet ludentes ⁊ choriſantes cū laruis. Adduco etiā tex. in. c. de
cet de immu. eccle. Jn. vi. vbi diciṫ. Decet domū dn̄i ſanctitudo. ⁊
locus ille debet eſſe cū oī debita veneratiōe pacificus. Et tex. in. c.
nullus de con. diſ. v. vbi diciṫ. Nec laruas demonū ante ſe fieri cō
ſentiant. qꝛ hoc dyabolicū eſt ⁊ a ſacris canonibꝫ ꝓhibitū. ¶ Sexta
eſt ꝯcluſio. Uidi in partibꝫ iſtis tp̄e reſurrectōis dn̄ice euchariſtiā
tradi pueris octo nouē ⁊ decem annoꝝ. ⁊ qn̄qꝫ dicti pueri trahunṫ
nolentes accedere. ⁊ qn̄qꝫ matres portāt in vlnis ſuis. hoc de iure
fieri nō poteſt ꝓpter reuerentiā tanti ſacramenti. Et contra hoc ad
duco textū. in. c. omnis vtriuſqꝫ ſexus cū ad annos diſcretionis
ꝑuenerit ⁊c. de pe. ⁊ remi. Et talis diſcretio non poteſt eſſe in pue
ris illius etatis vt adhuc diſcernere poſſint virtutem tanti ſacra-
menti. Jtem diciṫ ibi ꝙ reuerenter tale ſacramentū ſuſcipi debet.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0017-9

Sed talis debita reuerentia nõ poteſt eſſe in tali etate vnde ꝯmu
niter oĩes predicatores excellentes Italie ⁊ doctores intelligũt
illũ textũ ob reuerentiam ſacramẽti ꝙ ſolũ puberibꝰ debeat tradi
eucharistia.id eſt cõpletis quatuordecim annis. Et ibi dicit Ab.ꝙ
ita cõmuniter obſeruat̃ reſpectu tamẽ cõfeſſionis debet obſeruari
ꝙ etiã ante pubertatem debeant ꝯfiteri peccata. Quia talis etas
poteſt ꝑpetrare delicta.c.i.de delict.puero. Sꝫ quantũ ad euchari
ſtiaꝫ debet deferri vſqꝫ ad tempus pubertatis. Nec in his que cõ
cernũt reuerentiã ⁊ honorem dei poteſt adduci ꝯſuetudo. Et alle
go notabilẽ glo.in.c.timorẽ de ꝯſe.diſ.ij.que dicit ꝙ qui vult acci-
pere corpus chriſti debet habere fidem timorem ⁊ dilectionẽ.que
haberi nõ poſſunt in illa etate puerili. Uidi etiam in partibꝫ iſtis
ruſticos ⁊ artifices euchariſtiã accipere aut cum nulla aut cũ mo
dica reuerentia. Quia aut ſtantes .aut vix parũ genua flectentes.
ſuꝑ ſcabello altaris ſuſpiciũt.⁊ ſi qñ papa incedit mouent̃ oẽs ad
faciendã debitam reuerentiaꝫ . fortius ſacerdotes debent mouere
ſuos ꝑrochianos ad honorem latrie que debet̃ deo. qꝺ de iure fa-
cere debent.vt in.c. Sane de cele.miſ.cũ glo.ſua. Et eſt etiã tex.il
le cõtra illos qui ſtant in pedibus quãdo hoſtia eleuat̃. et ideo no
tabiliter ꝓbat ille textus.ꝙ ex incuria et negligentia ſacerdotum
in diuinis deus ſepe prouocat̃ cõtra hoĩes . ¶ Septima eſt cõclu
ſio. Non debet tradi euchariſtia publicis meretricibꝫ indiſtincte
ſicut honeſtis mulieribꝫ licet vadant ad ꝯfeſſionẽ. Et in partibus
iſtis ꝯtrariũ ſeruatur. ⁊ ſemel interrogare volui ſacerdotem vnuꝫ
quare hoc faciebat.pro reſpõſione primo dixit ita eſſe de ꝯſuetudi
ne.que ꝯſuetudo vt video magnã habet efficatiã in partibus iſtis
nec curant inueſtigare an ꝯſuetudo ſit a iure reprobata vel appro
bata.⁊ an ſit rationabilis vel irrationabilis.⁊ an legittime probe-
tur vel nõ.immo quecũqꝫ ꝯſuetudo obſeruatur ⁊ abſqꝫ alia legitti
ma ꝓbatione.iudicat̃ ſcõm ꝯſuetudineꝫ eo ipõ ꝙ aliquis ſolo ver
bo dicat ita eſſe de ꝯſuetudine. Secũdo adduxit ille ſacerdos ꝙ ſi
meretrix publica ꝯfiteatur ſua peccata ⁊ videat̃ habere ꝯtritionẽ
de illis nõ poteſt ſibi denegari euchariſtia. Et ego dixi. Si vos ſa-
cerdotes audiretis me quãdoqꝫ legentem addiſceretis bona cõſi-
lia quo ad regimẽ animarũ.et ideo ſibi dixi. Aduertatis bene pa-
ter mi ad ea que ſum dicturus. Et ꝓ fundamento habeatis hoc ꝙ
eſt magna differentia inter peccatũ occultũ ⁊ notoriũ Peccatũ me
retricis eſt notoriũ publice toti ciuitati.qꝺ negari nõ poteſt.quid
ergo debetis facere quãdo venit ad ꝯfeſſioneꝫ.ſcitis eñ ꝙ multis
annis ſtetit in hoc notorio peccato ⁊ nunqꝫ ſe emendauit. debetis
illam audire libenter ⁊ ſibi ſalubre ꝯſilium exhibere ⁊ ipam abſol
uere ſi videtis ꝙ ſit ꝯtrita.ſed debetis ſibi iniugere vt per aliquot

dies poſt paſca abſtineat a cōmunione ⁊ ſi videbitis illam dereli
quiſſe vitā inhoneſtam tradatis cōmunionē. aliter nō. Et pro hoc
meo ꝯſilio adduco tex. in. d. c. oīs vtriuſqꝫ ſexus in pn. Dū dicit
ibi ꝙ quādo de cōſilio ꝓprij ſacerdotis ob aliquam iuſtam ⁊ ratio-
nabilem cauſaȝ debet quis abſtinere a ꝯmunione ad certū tēpus.
Si eīm cōſulitur viro ⁊ vxori vt ꝑ aliquos dies abſtineāt ab actu
matrimoniali ꝓpter reuerentiā tanti ſacramenti. vt in. c. oīs homo
de con. diſ. ij. Quanto magis debent ſacerdotes abſtinere a tradi-
tione euchariſtie tali meretrici que heri fuit ꝓſtituta hodie venit
ad ꝯfeſſionem ⁊ cras vult habere ꝯmunioneȝ. Et ꝓ iſta ꝯcluſione
adduco pulchrū textū in. c. pro dilectione de conſe. diſ. ij. vbi dicit
ꝙ cuilibet notorio infami ⁊ turpi ꝑſone denegatur euchariſtia niſi
conſtet de ſua vera emendatione. Et dicit textus ibi ꝙ nō cōuenit
maieſtati diuine nec euangelice diſcipline. nec dicit ꝯſtare de ſua
vera emendatiōe. licȝ dicat ſacerdoti ꝙ doleat de delictis ꝯmiſſis
debet eīm ſuū publicū peccatū prius publica penitentia purgari.
c. i. de pe. ⁊ re. ¶ Octaua eſt ꝯcluſio. Officiales epiſcopoꝝ nō pñt
pro debito pecuniario ponere interdictū in eccleſijs. ſeu mandare
ꝙ ceſſetur a diuinis ꝓut alias cōſului qd tamē fit in partibꝫ iſtis ⁊
primo adduco tex. in. c. queſiuit de his que fi. a maio. par. ca. Ubi
habetur ꝙ interdictū nō poteſt poni niſi ab epiſcopo cum cōſenſu
capituli niſi alteri cōpetat ex priuilegio vel ꝯſuetudine. vt ibi no-
tat Ab. et ibi per glo. ⁊ docto. Cōcluditur ꝙ interdictū nō debet po
ni ꝓ leui cauſa. nec etiā hoc procedit ex ꝯſuetudine. Quia illa con
ſuetudo eſt irrationabilis ꝙ pro leui cauſa vnus puniatur pro alio.
Adduco etiam tex. in. c. ſi canonici de offi. ordi. in. vi. vbi habetur.
ꝙ nō debet ceſſari a diuinis niſi ſubſit manifeſta ⁊ rōnabilis cauſa
Et ibi glo. adducit exēpla. quia debet eſſe grauis iniuria ⁊ ſi fiant
ſtatuta cōtra libertatem eccleſiaſticā. vel imponantur collecte cleri-
cis. vel detineatur clericus ꝑ ſecularem iudicem. ⁊ ſic de ſimilibus.
Nō aūt dicit glo. pro minima offenſa vel pro penſiōe ſubtracta de
bet a diuinis ceſſari. Adduco etiā tex. in cle. i. de ſen. excō. vbi inter
dictū ⁊ ceſſatio a diuinis appellantur vnicū lumē clericoꝝ ad repel
lendas iniurias ſibi factas. quaſi dicat tex. ꝙ iſta eſt ſola ſpes cle-
ricoꝝ in reſiſtendo violentijs ſibi factis. Addo etiam ꝙ reperitur
extrauagans Bonifacij qui ꝓhibꝫ ꝙ nullus iudex ordinarius vel
delegatus poſſit ponere interdictū ꝓ debito pecuniario ſine ſpe
tiali licentia ſedis apoſtolice. Et aſſignat papa rationē quare hoc
ꝓhibeat. quia ex hoc pullulant hereſes ⁊ imminēt pericula aiaꝝ.
Ergo in hoc nō poteſt allegari ꝯſuetudo que eſt potius corrupte-
la cū iudicat hereſes ⁊ pericula animaꝝ. Et de illa extrauaganti
facit mentionem Ab. in. c. cū in partibus de ver. ſing. Domi. in. c.

Si ciuitas de ſen.excõ.in.vi. Sunt em̄ alia remedia a iure indu-
cta ad cõpellendū debitores vt ſatiſfaciant.¶ Nona eſt ꝯcluſio.cle
rici nõ debent exercere aliquod genus vſuraꝝ.c.i.de vſu.qꝺ tamē
eſt ꝓhibitum etiā laicis.⁊ vſura ꝓhibita eſt in teſtamēto veteri ⁊
lege canonica.vt in.c.quia in oibus in.c.ſuꝑ eo de vſu. Et quia eſt
materia ꝑiculoſa quo ad aīas. Uolo adducere quaſdā queſtiones
in quibus iam ꝯſului. Nam vt dicit beatus Aug. Cetera peccata
trib⁹ verbis tollunꝶ peccaui miſerere mei. Secus eſt in vſura vel
in alio delicto vbi ſit neceſſaria reſtitutio. Quia illa eſt neceſſaria
quo ad ſalutē Nullū em̄ dimittiꝶ peccatū niſi reſtituaꝶ ablatū. Et
quia eſt difficilis.ideo magna pars generis hūani tendit ad ꝑdi-
tionē.¶ Quero igiꝶ primo de hac queſtione Fit mutuū centū flore
noꝝ cum obligatiōe bonoꝝ etiaꝫ alicuius rei ſpetialiter cū hoc ꝙ
omni anno recipiēs mutuū debeat ſoluere mutuāti certā pecunie
quātitatem quouſqꝫ reſtituet illos centū.an talis ꝯtractus ſit vſu
rarius.et ad partem affirmatiuā ꝯſului ꝓ parte aūt negatiua fue-
runt mihi in ſcriptis tria porrecta ꝙ iſte ꝯtractus eſſꝫ licitus. Pri
mo allegabaꝶ longeua ꝯſuetudo loci. Scđo quia pecunia nõ erat
mutuata ad certū tempus.⁊ ſic nõ videꝶ mutuū qꝺ poſſit repeti.
Tertio quia mutuans ponebat ſe in ꝑiculo qꝺ ſi domus obligata
pro illis pecunijs cõbureretꝶ nõ poſſet ꝯſequi om̄es ſuas pecunias
ſed oīa iſta faciliter tollunꝶ. Et ad primū rn̄deꝶ ꝙ cõſuetudo nihil
poteſt cõtra ius diuinū.c.fi.de ꝯſue. Et ibi notabiliter dicit textus
ꝙ tanto ſunt grauiora peccata quāto diutius infelicem aiam deti
nent alligatam.c.cū in eccleſie de ſimo. Si em̄ valeret ꝯſuetudo
cõtra ꝑcepta diuina chriſtiani oēs eſſent canonizandi tanqꝫ ſancti.
quia nullū peccatū haberent. Cõſuetudo em̄ de facili faceret lici-
ta eſſe om̄ia illicita.⁊ ideo nõ nun⁹ ardebūt q̇ cū multis ardebūt.
ij.q.i.c.multi. Nõ obſtat ſcđm ꝙ nõ ſit mutuata pecunia ad certū
tempus.quia rn̄deo ꝙ hic cõſtat de fraude exꝑſſe. ⁊ ꝓuerbium eſt
italicū. Facta eſt lex ſed excogitabiꝶ malitia. Fit em̄ iſto mõ fraus
cõtra illud euangelij mutuū dantes nihil inde ſperantes. Et ꝯtra
illud.quicquid ſorti accedit vſura eſt. Et cõtra hanc fraudeꝫ addu-
co tex.iūcta glo.in.c.pleriqꝫ.xiiij.q.iij.vbi dicit tex. Quodcūqꝫ ac-
cedit ſorti vſura eſt ⁊ qꝺ velis nomē imponas vſura eſt. Nõ obſtat
tertiū de ꝑiculo.quia hoc eſt ꝯtra tex.in.c.nauiganti de vſu.ꝙ licꝫ
quis ſuſcipiat in ſe ꝑiculum pecunie mutuate ⁊ propter hoc velit
aliquid vltra ſortem habere.tamē eſt vſurarius cenſendus vt ibi
diciꝶ. Et adduco etiā rõnem.qꝛ militat eadā rõ quare ſit ꝓhibita
vſura in vno caſu ſicut in alio. Nā ꝓhibita eſt vſura. qꝛ alijs nego
cijs licitꝫ ⁊ mercimonijs omiſſis diuites intenderēt vſure ſi eſſent
ꝑmiſſe.c.quia in oibus de vſu. Quia lucrū vſuraꝝ eſt dulce dicit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0020-6

tex.in.l.ait pretoꝛ.§.ſi quid.ff.de his ſi quid in frau.cre. Et qꝛ dicit
vſura quaſi raptus vſus.quia quis rapit vſum ⁊ inducit vſuȝ vbi
in veritate nõ eſt.vt notãt doct.in ru.de vſu . et reꝑitur ſolũ caſus
in quo poteſt aliquis recipe animã penſionẽ ꝓ ſua pecunia nec dr̃
vſura. Exemplũ patȝ in ciuitate venetiarũ ⁊ floꝛentie. Nã tpe ne-
ceſſitatis cõpellunt ciues ſubuenire in ꝯmuni ⁊ ꝯmune poſtea ſta
tuit ſibi libere certũ quid in anno videlicȝ q̇nqȝ ꝓ centenario ⁊ il-
li ciues poſſunt vendere illꝺ lucrũ alteri.nec dicit vſura qꝛ iſtud
nõ eſt mutuũ.ciues em̃ cõpellunt ſubuenire ꝯmunitati. Et ẽ que
dam collecta neceſſaria nec poſſunt illi ciues pecuniã ad libitũ re
petere.ſed cõmune ꝯſtituit ſibi libere illud lucrũ vt habet ꝑ Cano
niſtas in.c.in ciuitate in.c.nauiganti de vſu.ꝑ Bal.in.l.cũctos po
pulos in.iiij.coll.C.de ſũ.tri.et fi.catho. Jn.l.hac edictali.§.his il
lud.C.de ſecũ.nup.per Sali.in Auct.ad hec.C.de vſu.per Bal.⁊
Jo.de Jmo.in.l.ſi maritus.ff.ſol.matri. Et late ꝑ Pe.de Ancho.in
ſua diſputatiõe incipiente Antiquis ⁊ modernis tẽpoꝛibꝫ ⁊c. Sed
nos ſumꝰ in caſu qñ aliquis diues habens pecunias in ciſta ⁊ nõ
vult illas tenere moꝛtuas nec cõſumere ⁊ libenter cupit reꝑire ꝙ
aliq̇s velit habere illas pecunias ⁊ tenere ad libitũ ſuũ dũmõ ſibi
ſoluat quiqȝ ꝓ centenario in anno. iſte ꝯtractus nõ poteſt defendi
quin ſit vſurarius quia ſponte cõcedit pecunias ſub ſpe lucri ⁊ pa
ciſcit de lucro firmo ãnuatim ſoluendo vt ſue pecunie nõ ſint ſine
lucro in ciſta. Et iſte caſus nõ eſt ſil'is qñ ciues cõpellunt ad tra-
dendũ pecunias ſuas ⁊ poſtea ꝯmune ſtatuit ſibi libere illꝺ lucrũ
Et Ab.in.c.in ciuitate de vſu.dicit ꝙ eſt vſura qñ ſit fraus. ⁊ ideo
vt ſit aliqꝺ lucrũ pecuniariũ ſine vſuraria prauitate volo tradere
duo optima ꝯſilia Et melius eſt pauca lucrari cũ ſalute aĩe q̄ȝ vel
le multa acquirere cum ꝑditione aĩe. Juxta illud dictũ euangelij.
Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mũdum lucret aĩe aũt ſue de
trimentũ patiatur. Et pꝛimo conſulo ꝙ emant annui redditꝰ qꝺ
eſt licitum de iure qui ſint ꝯſtituti de antiquo ſuꝑ aliqua domis vł
poſſeſſione vel ex laboꝛibus libere perſone vel ſerui.quia hoc non
eſt mutuũ ſed vera venditio. Nec eſt aliqua fraus. qꝛ ſicut poteſt
quis emere totam poſſeſſionẽ.ita poteſt emere aliquos ãnuos red
ditus ip̃ius. Dicit tñ Jnno.in.c.in ciuitate de vſu. vbi iſta queſtio
decidit ꝙ ip̃e ꝯſulit oĩbus fidelibꝫ chꝛiſtianis ꝙ abſtineãt ab hu-
iuſmõi ꝯtractu qñ de nouo ꝓpter hoc ꝯſtituũt redditũ. quia iſtud
eſt penitus illicitũ ꝙ ille idẽ in ſe ꝯſtituat redditũ qꝛ videt ſe obli
gare ad dandũ plus q̄ȝ accipit.et ſic tũc nõ põt dici emptio annui
redditꝰ.ſed vt ꝓcedat ſine ſcrupulo debȝ dicere emptoꝛ ſm Jnno.
⁊ alios.ꝙ ꝯſtituat redditus in rebꝫ vel alijs ꝑſonis a ꝯtrahente pu
ta.qꝛ dicet emptoꝛ tu ꝯſtitues tales redditus in tali poſſeſſiõe vel

ex laboribus libere ꝑſone vel ſerui. Scḋo ꝯſulo ꝙ pecunia tradat
alicui mercatori ad honeſtū lucrū cū hoc ꝙ ſi pecunia pereat caſu
fortuito ſit cōmune periculū ⁊ lucrū diuidat ꝑ medium. Et ꝓ hoc
allego glo. notabi. in. c. pleriqꝫ. xiiij. q. iij. quā dicit ordinariā Pau.
de caſtro in conſilio. ccc. xxx. quod incipit. In chriſto noīe viſo in-
ſtrumento ⁊c. Et ꝑ Bal. in l. ſi patruus. C. ꝯmunia vtri. iudi. in fi.
In. l. cūctos populos in. iiij. coll. C. de ſū. tri. Qui dicit ꝙ iſta nō
eſt vſura ſed eſt diuiſio lucri induſtrialis. c. per veſtras de dona.
inter vir. ⁊ vx. Et Bar. in. l. diuus. ff. ad le. fal. dicit ꝙ hodie ille qui
tenet collocare pecuniā alterius ad lucrū vt eſt tutor ne ſtet otio-
ſa cū hodie ſint prohibite vſure debet collocare illaꝫ apud idoneū
mercatorē ad honeſtū lucrū dicto. c. per veſtras. Et Pau. de caſ. in
d. conſilio ꝯſuluit ꝙ vbicūqꝫ aliquis tradit pecuniā alicui merca-
tori ⁊ paciſcit ꝙ vult ānuatim habere certū quid cōtractus eſt il-
licitus ⁊ vſurarius. Etiā ſi tradens pecuniā ſuſcipiat in ſe pericu-
lū. Allegat. c. nauiganti de vſu. ¶ Quero etiā de alia queſtiōe. ali-
quis mutuat pecuniā nec paciſcit aliquid vltra ſortem ſed habet
intentionē deprauatam. Quia ſi nō crederet aliquid cōſequi nūqꝫ
mutuaret ⁊ ſic mouet principaliter ad mutuandū ſub ſpe lucri. de-
inde debitor qui recepit mutuū donat ſibi aliqd occaſione mutui
an dicatur vſurarius. Et rñdeo ꝙ ſic. ⁊ in foro anime tenet ad re-
ſtitutionē ſi vult ꝯſulere aīe ſue. Caſum allego ſingularem in. c. cō-
ſuluit de vſu. et hoc ibi tenent ꝯmuniter docto. nec ſufficit hoc ca-
ſu ſolū agere penitentiā ſed etiaꝫ eſt neceſſaria reſtitutio licet ali-
ud ſit in Simonia mentali vt in. c. fi. de Simo. Quia ex ſola affe-
ctione nō tenet reſtituere quicquid inde cōſequutus eſt. ſed ſatis
eſt agere penitentiā de mēte deprauata. Et ibi glo. dicit ſecus eſſe
in vſura. Et rōnes diuerſitatis inter vſurā ⁊ Simoniam ponunt
doctores in. d. c. fi. Sꝫ ꝓ nūc ſufficiat adducere illā ꝙ hoc ſit indu-
ctum odio vſuraꝝ. qꝛ ſi hoc eſſet ꝑmiſſum daret ſepe materia fi-
gmentis vt ſine peccato ſoluerēt vſuras. Et allego glo. nota. in. c. i.
de cle. nō reſi. In. vi. in ꝟbo receperint in fi. que voluit. Si cleric⁹
vadat ad horas canōicas ꝑ̄ncipaliter ꝓ pecunia quā ꝯſequit alias
nō iturus cōmittit Simoniā mentalem nō veram. Quia nō inter-
ceſſit aliqua pactio peccat grauiter. ſed ꝑ penitentiā ſatiſfacit. Alle-
gat tex. in. d. c. fi. de Simo. ⁊ glo. in. c. ꝯſuluit. lxxiiij. diſ. dixit ꝙ cō-
mittit ſimoniā qui intendit ſeruire deo ꝓpter vtilitatē beneficioꝝ.
Et glo. in. c. hoc ad nos. lix. diſ. dixit ꝙ faciens ſe clericari ſub ſpe
habendi benefitiū alias nō facturus cōmittit ſimoniā. Et glo. in. c.
quid proderit. lxi. diſ. ⁊ in. c. ſunt nōnulli. i. q. i. quid eſt ſimoniacū
ſeruire epiſcopo vt ſibi conferat benefitium. ⁊ omēs iſti cōmittūt
ſimoniā mentalē ⁊ peccant grauiter. ſed ſatiſfaciūt ꝑ penitentiam.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0022-7

Et de hac materia etiā per glo. ⁊ docto. in. c. cū ad noſtrā de elect.
Et ibi concludit̄ ꝑ Hoſtien. et Ab. ꝙ damnat̄ ſpes in beneficijs
qn̄ quis ſperat vt preſit alijs. ⁊ ſic ꝓpter honores ſeculi vel ꝓpter
diuitias. Sed vbi ſperat ꝓpter bonū publicum ⁊ ſic vt proſit alijs
talis ſpes nō eſt damnata. c. qui epiſcopatū. viij. q. i. pro quo alle⸗
go ſingularem glo. in. c. monachi vagantes. xvi. q. i. Que dixit ꝙ ſi
monachus preficitur alicui prelature vt preſit alijs. non vt proſit
peccat mortaliter. qꝛ venit cōtra votū. quā glo. notabiliter allegat
Ab. in. c. nō eſt de vo. Jn. c. ꝙ dei timorē de ſta. mo. Quero mutua
ui Titio decem ⁊ fecimus pactū ꝙ vltra illa decem deberet mihi
donare quinqꝫ. an valeat talis ꝯuentio ⁊ glo. ſingulariter tenuit ꝙ
ſic in. l. ſi tibi decem. ff. de pact. Sꝫ docto. reprobant illaꝫ glo. quia
iſta nō pōt dici donatio que ſumit originē a p̄cedenti mutuo. Sed
eſt vſura. quia ex pacto in mutuo nō poteſt intercedere aliqua re⸗
muneratio ſine pacto aūt ex mera liberalitate bene poſſet ille qui
recepit ſeruitiū pecunie remūerare. mutuantē ſcdm̄ Bal. ibi qđ in
tellige vt dixi ſup̄. dūmodo nō p̄ceſſerit intentio deprauata mutu
antis. Et Bal. in. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certū petatur dicit. ꝙ vſu⸗
rarij habent cautelam ad perdendum aīas vt faciant ſibi vſuras
promitti titulo donationis. Sed dicūt doct. ſcdm̄ Bal. ꝙ iſta do⸗
natio p̄ſumitur facta in fraudē vſurarū. ⁊ ideo nō valet. ſed ſi mu⸗
tuatu decem pacto appoſito ꝙ reddat mihi illa decem ⁊ cū hoc ꝙ
fodeat mihi vnā foueam. vel aliud ſimile faciat. an poſſim petere
illud qđ eſt deductū in pacto ⁊ glo. ⁊ Bal. ꝙ nō in. d. l. rogaſti. §. ſi
tibi. Quia illud pactū eſt vſura. quia addit̄ ſorti quod eſt notabile
ſcdm̄ Bal. Quero etiā habeo vnā poſſeſſionē nō inuenio colonū ꝓ
illa niſi mutuē ſibi decem. Mutuo igitur ſibi illa decem an opere
quas impendit in dicta poſſeſſione dicantur vſure. Reſpondeo ꝙ
nō. quia tales ope debentur ex ꝯtractu locationis ⁊ nō eſt lucrum
ſed verū debitū. Jta dicit Bal. in. d. §. ſi tibi. Quero etiam mutuo
tibi decem que ꝓmittis mihi reddere in nundinis. ⁊ ſi nō reddi⸗
deris ꝓmittis quindecim ⁊ ꝓmittis exnūc prout eſt tunc tantum
intereſſe mea pro intereſſe meo facis iſtam ꝓmiſſionē. An valeat
talis ꝓmiſſio. ⁊ reſpondet Bal. in. d. §. ſi tibi. ꝙ nō. Quia talis con⸗
feſſio videt̄ fieri in fraudem vſuraꝝ niſi ꝓbaretur tale intereſſe ꝑ
alias ꝯiecturas ⁊ ſubdit notabiliter Bal. ꝙ nō eſt aliquis actus in
quo ita de facili preſumat̄ ſimulatio inter ꝓhibitos ſicut in ꝯfeſſi
one argu. l. per diuerſas. C. mandati. Et hāc deciſionē Bal. ſequi⸗
tur Allex. Jn ꝯſilio. cciij. in. ij. volumine. Quero mutuaui tibi cen
tum ⁊ cū indigerem hac pecunia ⁊ tu nō valeres reſtituere. recepi
tantā pecuniā ſub vſuris. an potero exigere a te nō ſolū debitū ſed
etiā vſuram quā ſolui. Et rn̄deo ꝙ ſic. qꝛ nō vt vſurā ſed vt inter⸗

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0023-3

eſſe. Nam modo nullum lucrū ſorti accedit ad hoc. c. dilecti cū ibi
notatis de ſo. ꝯpe. Notat Ab. in. c. i. in fi. de vſu. Qui dicit idem in
fideiuſſore qui neceſſe habuit ſoluere creditori ⁊ recepit ſub vſuris
de quo ꝑ Jo. an. in regula damnū in marcu De quo etiā ꝑ glo. in. c.
cōqueſtus de vſu. Jn. l. curabit. C. de acti. emp. Et nota ſingulari
ter ꝙ illud de quo dictū eſt ſup̄ ꝙ pn̄t peti vſure qn̄ aliquis p̄ten-
dit intereſſe. quia tūc nō ꝓprie dicunt vſure qđ tale intereſſe nō ſo
lum cōſiſtit in damno habito ſed etiā in lucro ceſſante vt ſi mutu
ans erat ſolitus mercari vnde ſi habuiſſet p̄cium in termīo ꝯſtitu
to forte lucratus fuiſſet in mercimonio dummodo ſit talis ꝑſona
que veriſſimiliter iuſte fuiſſet lucrata ⁊ habebit hoc iudex eſtima-
re. De quo ꝑ Jnno. in. c. ſacro de ſen. excoi. per Ab. ⁊ alios in. d. c. cō
queſtus. vbi dicit hoc eſſe ꝑpetuo mēti tenendū. vt ſic etiā de iure
canonico poſſit peti aliquid vltra ſortem ratione intereſſe nō ſoluꝫ
damni cōtingentis ſed etiā lucri ceſſantis. Et nota etiā ſingulari-
ter ꝙ licet fructus ꝑcepti cōputent in ſortem. vt in. c. i. de vſu. Hoc
verū niſi ratiōe mutui creditor ſubiret laborem tūc in cōpenſatiōꝫ
laboris poteſt fructus nō cōputare in ſortem. Dictum eſt notabile
hoſtien. quē ibi ſequit Ab. in. d. c. cōqueſtus. Nō omitto etiā vnū
caſum quottidianū qui ſepiſſime contingit in facto. Ego vado ad
amicū meū ⁊ dico ꝙ libenter vellem vt mutuaret mihi centū flo-
renos. Jlle rn̄dit. Sum paratus ſed volo tu vendas mihi p̄dium
tuū reuera pro iſtis centū ⁊ ego tibi reuendam ꝓ eodē p̄cio ꝯſtitu
to ꝙ cauſa origenalis fuit mutui ⁊ nō emptiōis. Jſtud inſtrumen
tum iudicat feneraticiū ⁊ vſurariū ſcđm Odofedrū. quē refert et
ſequit Bal. in. l. emptione. C. plus va. qđ agi. Et hoc dictū multū
notat Bal. ibi. ſed iſtud dictū intelligo ꝓcedere in caſu quo loquū
tur quādo venditur res ꝓ illo pretio qđ mutuo petebat. Et ſic ꝓ
modico pretio ⁊ tūc erit alia ratio que faciet p̄ſumi contractū vſu
rarium ſcꝫ modicitas precij ⁊ pactū de retrouendendo. Nam iſta
duo faciunt contractū p̄ſumi vſurariū vt eſt glo. reputata ſingula
ris in. c. cōqueſtus de vſu. Notant docto. in. c. ad noſtram de emp.
⁊ ven. ⁊ Ab. in ꝯſilio. lxxvi. vbi dicit ſe alias ita ꝯſuluiſſe. ⁊ allegat
dictam glo. quā dicit ordinariam. Si aūt vendit res iuſto pretio
etiam ſi originalis cauſa fuit cauſa mutui nō videtur ꝙ ꝓpter hoc
ꝯtractus debeat iudicari vſurarius. Et pro hoc allego Ab. in. d. c.
ad noſtrā in fi. Nō omitto etiaꝫ illud dictū quottidianū. ſi aliquis
vendat rem maiori pretio ꝓpter ſolutionē precij dilatam eſt vſura
rius. c. nauiganti de vſu. Et ꝓpter hoc dixit ſingulariter Ab. ſe ꝯſu
luiſſe in. d. c. ad noſtrā teſtamentū iſtius eſſe ipo iure nullum ꝑ. c.
quāq̄ꝫ de vſu. in. vi. preſupponēdo ꝙ hoc ſit publicū in ciuitate in
dubitatū. vt qꝛ hoc publice exerceat ⁊ pateat in libris eius vt quia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0024-8

merces eaſdem pretio incõtinenti ſoluto vendit ꝓ certo pretio Sꝫ
cū vendit ad terminū vendit cum cariori pretio. Sed quero a pͥn
cipio tꝑe quo feci mutuū nõ habui animū vt mihi faceret aliquaꝫ
remunerationē. Sed poſtea muto ꝓpoſitum ⁊ expecto remunera
tionē an ſit vſura illud quod datur Archi. ꝙ ſic in. c. ſi feneraueris
xiiij. q. iiij. Quero etiā aliquis vendit frumentū pro pretio ꝙ in in
ſtanti currit. Sed ſi plus valet vſqꝫ ad paſca vult ꝙ illō plus ſibi
detur. Si vero valet minus nõ vult ꝙ pretiū minuat̄ nūquid ta-
lis ſit vſurarius. Et rn̄det hoſtien. in ſumma de vſu. §. an aliquo
caſu in verſi. quid ſi venditor ꝙ eſt vſurarius cū ipm̄ videat in pa
ctis claudicare. Et hoc dictum approbat Archi. in. c. fi. xiiij. q. iij.
Mutuo vnū ſolidū qui valet. xij. denarios tꝑe quo reſtitui debꝫ
valet quindecim nõ tamē eſt vſura. Ita Archi. in. c. ſi quis. xiiij. q.
iiij. Mutuo frumentū vetus vt recipiam nouū an ſit vſura ⁊ dico
ꝙ ſic ego mutuo ad hoc. quia volo recuꝑare melius ⁊ aufero liber
tatem volendi ſe liberare interim ſoluēdo vetus Archi. in. c. nul
lus. xiiij. q. iiij. Quod tamē ibi limitat niſi ꝓbabiliter dubitet̄ an
ſit valiturū plus vel minus tꝑe ſolutionis. Sed quid ſi emo ab ec
cleſia vnā ſuam poſſeſſionē tenendaꝫ toto tꝑe vite mee ⁊ poſt mor
teꝫ reuertat̄ ad eccleſiā. talis ꝯtractus nõ eſt vſurariꝰ ſm hoſtien.
quē refert Archi. in. c. quicūqꝫ. xiiij. q. iiij. de ꝗ etiā ꝑ Inno. ⁊ alios
in. c. in ciuitate de vſu. Sed quero an peccet qui recipit pecuniaꝫ
ſub vſuris. et reſpondeo diſtinguendo Qꝛ ſi inducat illum ad mu
tuandum. quia alias nõ erat mutuaturus peccat. Si vero hoc pri
us facere diſpoſuerat nõ peccat. de quo per docto. in. c. ſuper eo de
vſu. ⁊ ꝑ Archi. in. c. ſi quis vſuram. xiiij. q. iij. Et in. c. ſuper eo con
cluditur per doct. ꝙ ſemper peccat ille qui recipit ſub vſuris pro
opere illicito.

¶ Nouiſſime volo attingere vnum quod eſt multū neceſſarium
in partibus iſtis. Audiui nanqꝫ a fide dignis ꝙ ſacerdotes nõ pre
mittunt aliquem excõmunicatū euitari. imo admittunt ad diuina
ſi non ſit denūciatus excõmunicatus per ſuperiorem quantūcūqꝫ
ſit notorium ipſum eſſe excõmunicatum ⁊ mouentur per conſti-
tutionem editam in concilio Baſilienſi. In qua canetur ꝙ nullus
tenet̄ euitare excõmunicatū niſi prius ſit declaratus excõmunica
tus. Et vt puto iſte eſt magnus error ⁊ hoc eſt etiā ꝑiculoſuꝫ quo
ad animas. Nam illa conſtitutio fuit facta ꝓpter viros timorate
conſcientie. qui dubitabant quandoqꝫ an aliquis eſſet excõmuni-
catus. et ſi deberent cõmunicare illi vel nõ. Ideo prouidit illa con
ſtitutio illis viris timoratis ꝙ nõ teneant̄ euitare aliquem tanqꝫ
excõmunicatum niſi prius ſit declaratus. nõ aūt loquit̄ illa ꝯſtitu
tio de illo qui notorie eſſet excõmunicatꝰ ⁊ de ꝗ nullū eſſet dubiū

Quia in incertis nō certis eſt locus cōiecture .c.ij.de re.iu. ꝑ quo
allego Ab. in.c.cū nō ab homie de iudi.circa penul.col. Qui dicit
ꝙ vbi factū eſt notoriū nō eſt opus aliqua declaratiōe. Et in.c.per
uenit ꝑmo de appel. Preterea illa cōſtitutio excipit vnū caſum q̄n
quis eſſet notorie excōmunicatus ꝓpter manuū iniectionē in cleri
cum. Quia tūc nō eſt opus declaratiōe. Ergo extendit̃ ad omnez
aliū caſum habentem ſil'em rationē. et ꝑ hoc allego ſingularē tex.
et ibi per Ab.in.c.cū dilecta.de ꝯfir.vtili vel inutili.vbi ꝓbatur ꝙ
ne dū ꝯſtitutio ip̄a.ſed caſus exceptus extendit̃ ad aliū caſum ha-
bentem ſil'em rationē. Et ſic ꝯcludo ꝙ quilibet notorie excōmuni
catus debet euitari etiā nō ꝑcedente aliqua declaratiōe. Et allego
tex.in.c.cū nō ab homie de ſen.excōi. Ubi etiam ſi nō ſit notorium
debet euitari.dū tamē poſſit cōuinci ꝙ ſit excoicatus. Sed illa cō
ſtitutio corrigit in hoc ius cōmune.videlicz vt requirat̃ ꝙ hoc ſit
notoriū alias nō tenet̃ aliquis euitare excōmunicatū. Allego etiaz
glo.in.c.q̄z ſit de elect. In.vi.que voluit ꝙ vbi aliq̄s eſt a iure pri-
uatus ip̄o iure nō requirit̃ aliqua ſententia priuatiua licet quādo
eſſet dubiū requireret̃ ſententia declaratiua.qua declararet̃ illuz
eſſe priuatū.ergo ſecus ſi nō eſſet dubiū vt qz eſſet notoriū. Addo
etiā ꝙ licz oīa iura mūdi que dicunt penam imponi.ipſo iure de-
beant intelligi.dūmodo ſit ſequuta ſententia declaratiua.ꝑ quam
declaratū ſit cōmiſſum eſſe id ꝓpter qd̄ pena veniebat imponenda
Alias illa pena effectū ⁊ executionē nō ſortitur.de quo ꝑ doct.in.c.
cū ſcōm de here. In.vi.in.c.pro humani de homi. In.vi.ꝑ Bal.in
c.i.de feudo ſiue culpa non amittendo. In auct.qui ſemel. C.quo
modo ⁊ quādo. In.in auct.hoc amplius. C.de fidei ꝯmiſ. In.l.de
quibus.ff.de le.in.c i. Hic finit̃ lex. Hoc tn̄ limitat.Do.in.d.c.cū
ſcōm niſi factum eſſet notoriū. quia tūc poteſt fieri executio abſqz
alia declaratione. Sed contra iſtam cōmunē opinionē ꝙ requirat̃
ſentētia declaratiua allego ſingularē tex.in.c.cū vnitoneſi de elect.
Nam ibi pena eſt impoſita ip̄o iure ⁊ habet effectū licet nō ſit ſe-
quuta ſententia declaratoria.nam ibi erāt aliqui priuati ip̄o iure
poteſtate elegēdi ⁊ poteſtas reſidet penes alios. ⁊ valet electio ab
aliīs facta nulla ꝑcedente ſententia declaratoria. Et ibi Ab.pon-
derat illuz tex. Nō omitto etiā ꝙ epiſcopus nouiter creatus debz
mittere aliquos iuriſpitos ꝑ opida ſue dioceſis.qui habeant vide
re ſtatuta laicoꝝ.an ſint ꝯtra libertatē eccleſiaſticam. ⁊ ſi talia ſta-
tuta inuenerint mandet illa deleri. ⁊ illos denūciet excōmunica-
tos.quia facientes talia ſtatuta ⁊ ſcōm ea iudicātes ſunt ipſo iure
excōmunicati vt in.c.nouerint. In.c.grauē de ſen.excō. Et idē eſt
etiā ꝓhibitum de iure Ciuili. vt in auct.caſſa. C.de ſacroſanct.ec
cle. Et idē eſt etiā in ꝯſuetudine Et vnū ē multū notandū ꝙ tales

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0026-9

laici nō euitant excōmunicationem licet in fine ſtatutoꝝ ponatur
ſtatutū ꝙ ſi qua eſſent ſtatuta edita ꝯtra eccleſiaſticā libertatē ha
beantur pro nō ſcriptis vt cōmuniter ſolet fieri. ꝑ hoc eīm nō eſt ſa
tiſfactū iuri. Exigitur eīm ꝙ hec ſtatuta deleant̃ de libris. de quo
etiā ꝑ Bar. in. d. auct. Caſſa. Eſt ergo ꝯcluſio ꝙ ſtatutarij ⁊ alij de
quibus in. d. c. nouerint ſunt ipſo facto excōicati. Sed ſucceſſores
eoꝝ excōmunicati ſunt. niſi q̄ꝫprimū ſciuerint fecerint hec ſtatuta
deleri de libris debet dari tamē aliquod tempus quia nō inconti
nenti poſt ſcientiā tenent̃ currere. Argu. l. ratū et. l. q̄d dicimus. ff.
de ſolu. ſcd̄m Ab. in. d. c. nouerint. Et dicunt̃ ſtatuta eſſe ꝯtra liber
tatem eccleſiaſticā qn̄ fiunt cōtra illa que ſunt conceſſa vniuerſali
eccleſie. vel a deo vel a papa vel ab impatore in ꝑuilegiū ſcd̄m In
no. in. d. c. nouerint. Uel etiā cōtra ea que ſunt ꝯceſſa a iure ꝯmuni
vel ſcd̄m Bar. in. d. auct. caſſa. quādo ex hoc clerici efficerent̃ timi
diores ⁊ laici audatiores. Et dicit notabiliter Ab. ꝑ illū tex. in. c. fi.
de rebus eccle. nō alie. ꝙ nō valēt ſtatuta laicoꝝ vt cū funere non
deferant̃ niſi tot cerei ⁊ q̄t determinatus nūerus clericoꝝ interſit
exequijs. quia talia cōcernūt cultū diuinū ⁊ refrigeriū anie defun
cti. ⁊ ideo nō valent talia ſtatuta. quia iſta ſunt annexa iuri ſpiritu
ali. Item eſt aduertendū ꝙ ignorantia eſt mater cunctoꝝ erroꝝ ⁊
maxime in clericis eſt multū ꝑiculoſa. Dicit notabiliter tex. in. c.
ignorantia. xxxviij. diſ. vbi dicit̃ ſic formaliter. Sciant ſacerdotes
ſanctas ſcripturas ⁊ canones. ⁊ ideo opus eoꝝ in p̄dicatione ⁊ do
ctrina ꝯſiſtat atqꝫ edificent cunctas tā fidei ſcientia q̄ꝫ operū diſci
plina. Nō omitto etiā ꝙ clericis beneficiatꝫ ſiue ſint in ſacris ſiue
nō eſt ꝓhibitū exercere tabellionatus officium. vt in. c. ſicut cū ibi
notatis ꝑ docto. ne cle. vel mo. Et ratio eſt. q2 hoc officiū eſt extra-
neū ab officio clericoꝝ cū ſit quoddā genus negotiationis quan-
tūcūqꝫ clericus abſtineat in criminalib9. preterea hoc officiū eſt vi
le. l. vniuerſos. C. de decurionib9 li. x. Et ob hoc ꝓhibetur decurio
nibus in. d. l. vniuerſos. fortius debet ob hanc cauſam ꝓhiberi mi
litib9 dei. Preterea hoc eſt officiū ſeculare hinc dicit̃ ſeruus publi-
cus a ſeruiendo oīmibus. Sed ab iſtis officijs debet clericus abſti
nere. c. i. ne cle. vel mo. Debet eīm intendere circa rempublicā ec-
cleſiaſticā ⁊ ſpiritualem ⁊ nō mundanā. xxiij. q. viij. c. rep̄henſibile
et. c. cōuenior. Iſta tamē cōcluſio limitat̃ niſi clericus nō haberet
beneficiū ſufficiens ad ſe ſuſtentandū. quia tunc nō ꝓhibetur ſibi
tale officiū Argu. c. clericus victū. xci. diſ. cū tunc nō ꝓhibeat̃ cle-
ricis negotiatio honeſta. vt dictū eſt ſup̄. Sed iſta limitatio mihi
nunq̄ꝫ placuit ꝓpter vilitatē officij. ſed tunc debet clericus aliter
ſibi victū querere ſua induſtria ⁊ dimittere tale officiū vile. Sed
dubitat̃ nūquid clericus poſſit exercere ſaltē hoc officiū in cauſis

E

eccleſiaſticis ⁊ ſpiritualibꝰ. Et glo. format hanc queſtionē in. d. c.
ſicut ⁊ ſe nō firmauit. Docto. ſunt varij. ſed dn̄s Car. tenuit ꝙ nō. ⁊
adducit tex. ſatis bene hoc ꝓbantem. in. c. vt officiū. §. ad ꝯſcriben
das de here. in. vi. vbi in cauſa hereſis que exercet ſolum coram
iudice eccleſiaſtico. ꝑmittitur etiā religioſis exercere hoc officiū. ⁊
ibi dat poteſtas clericis ſecularibus libere exercendi hoc officiū
nō obſtante quocūqȝ ſtatuto. ergo in alijs cauſis etiā eccleſiaſticis
nō eſt eis licitū exercere hoc officiū. Et ꝓ hoc facit tex. in. d. c. ſicut
vbi indiſtincte hoc officiū ꝓhibetur clericis. ⁊ hec opinio mihi pla
cet. Et licet Ab. diſtinguat an habeat cōpetens beneficiū. ⁊ tūc nō
poſſit ſecus ſi nō habet. Dico ꝙ iſta diſtinctio nō ſolū fit hoc caſu ꝑ
docto. ſed etiā in cauſis ſecularibꝫ hoc tamē limitat ipe nō ꝓcedere
coram papa aut in eius curia. Quia papa videtur eos habilitare
Argu. l. idem vulpianus. ff. de excu. tuto. Nec ꝯſuetudo excuſat ꝙ
clerici poſſint exercere officiū tabellionatus. quia eſt ꝯtra honeſta
tem eccleſie. ideo nō poteſt induci ꝯſuetudo. c. cū decorem de vita
⁊ ho. cle. Et ita tenent Jo. an. ⁊ Ab. in. d. c. Sicut poſſent tamen ex
cuſari ſi hoc facerent ꝓpter inſufficientiam benefitioꝝ vt ſup̄ dixi.
Et notent etiā clerici ꝙ quādo opus eſt debent preſtare auxilium
ſuo epiſcopo. vt qn̄ eſt cauſa rationabilis ⁊ manifeſta. c. cū apoſto-
lus de cen. c. cōquerente de offi. ordi. vt quia epiſcopatus eſt gra-
uatus onere debitoꝝ vel tenuis ⁊ nō ſufficit ad eum ſuſtentandū
idonee vl' vult ire ad papam vel p̄ncipem ꝓ ꝯmunibus negocijs
⁊ ſic de ſimilibus ⁊ etiam exempti tenentur ſoluere. tex. eſt ſingu-
laris in cle. i. in verbo nōnulli de exceſſi. prela. Et probat tex. in.
d. c. cū apoſtolus. ꝙ non ſolum ſemel ſed pluries poteſt exigi cha-
ritatem ſubſidium ab eodem epiſcopo dūmodo ſit cauſa rationa-
bilis ⁊ manifeſta.

Hunc Sermonem recitaſſet prefatus doctor in duabꝫ
horis nullis omiſſis allegationibus volanti lingua.

**Quia pulchrum ſemper et hono-**
rabile iudicaui vt expertus ſum in promptu habere ſolutiones cū
ſuis canonibus ⁊ legibus ad argumenta ⁊ allegationes que fiunt
in diſputationibꝫ ⁊ in cōciſtorijs iudicū. Ideo ꝓ cōmuni vtilitate
ſtatui ego Petrus de Rauēna Juris vtriuſqȝ doctor. hic aliq̄s ſo-
lutiōes deſcribere ⁊ reliquas etiā cū maius otiū dabit meis ſtudi

oſſis auditoribꝫ ꝯmunicare polliceoꝛ que oēs cū dei auxilio in memoria mea ſunt collocate.

¶ Et anteq̄ꝫ deueniam ad propoſitam materiam tria multum neceſſaria hic volo premittere. Primum eſt. ꝙ quando aliquis textus per argumentantē ſeu allegantem in iure adducitur. dicat qui reſpondere debet. Frater mi adducas caſum illius legis ſeu canonis. ſi neſciet adducere remanebit cōfuſus. nec teneṫ ſibi reſpondere. Si aūt adduxerit diligenter aduertat ad inductionem ⁊ tunc de facili inueniet reſponſionem ſaltem ex ſolutionibus infra dicendis. Secundū eſt. ꝙ ſi adducitur glo. vel aliquis doctoꝛ dicaṫ. Dicas mihi quid allegat glo. illa vel doctoꝛ ille. aut qua ratione mouetur. nō eīn teneoꝛ credere. quia ipi nō ſunt iuriſconſulti habentes poteſtatem legis condende. recedendū eſt ante a doctore ꝓpter bonas rationes tex. eſt nota. in. l. labeo in fi. ff. de ſuppel. lega. quē allegat ad hoc Pau. de Caſt. in conſilio. clxxxv. et Archi. in. c. nolite. xi. q. iij. dicit. ꝙ etiam magno cōmentatoꝛi ſtare nō tenemur niſi pꝛobet. Et Cardi. in conſilio. lxxviij. loquens de Jo. an. dixit ꝙ ſibi nō vult credere niſi vꝛgeat ratio Et ſi dixerit allegat talem legem ſeu canonē. tunc replicet inducas ⁊ ſi dixerit mouetur tali ratione. tūc nitatur illam rationeꝫ impugnare. Tertium eſt. Si argumentans adduxerit aliqua argumenta ⁊ ille qui reſpondere debet aliquod ex illis obliuioni tradiderit tūc in replicatiōe argumentoꝛum fingat ex ſe nouum argumentum loco illius cuiꝰ oblitus eſt. quo audito argumentans nō poterit tacere ⁊ dicet. non dixi ſic. ſed ſic ⁊ incōtinenti dicat. patienter feras omnino volebā dicere idem in effectu. Et ex verbis ipſius repetitis recuperabit argumentum amiſſum. et iſta erit pulchra cautela illi qui artificioſe ſciet illa vti. Et aduertat diligenter ille qui ſe habet defendere cum clipeis et defenſionibus de quibus infra. vt ſciat inducere leges quādo erit opus in quibus ꝯtinentur ſue defenſiones.

¶ Qui omne dicit nihil excludit. l. a pꝛocuratoꝛe. C. man. l. Julia. ff. de lega. iij. Argumētū

¶ Jſtud argumentum tollitur ſic. Quia iſte terminus omnis reſtringitur ⁊ refertur ad ea que ſunt de natura contractus Argu. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. et ſic non eſt verum ſemper qui omē dicit nihil excludat. Et glo. in. l. fi. C. ſine cen. vel reli. ponit quedā pulchꝛa exempla. omnis homo diligit filiuꝫ. refertur iſta generalitas ad habentes filios. Jtem omnis homo timet in mari. refertur ad exiſtentes ibi. facit text. in. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de immu. et bono. Reſponſio

**Argumētū.** ¶ Ex pacto nudo non oritur actio.l.iuris gentiū.§.igitur nuda.ff. de pactis.

**Reſponſio** ¶ Hoc concedo de iure ciuili ſecus de iure canonico.c.i.de pact. et eſt cōmunis concluſio ⁊ nos ſumus in terris eccleſie ſeu in foro eccleſiaſtico In quo debꝫ obſeruari ius canonicū cū glo.no.in.c.ij. de arbi.in.vi.c.ſi duobꝰ de appel. Notant docto. in.l.ꝑuilegia.C. de ſacroſan.eccle. Preterea volo dicere vnū dictū nouū ⁊ ſingulare licet de iure ciuili ex pacto nudo nō oritur actio regulariter tñ oritur actio de dolo ei qui paſſus eſt aliqđ damnū caſum allego ſingularem ⁊ ibi ꝑ Bar.in.l.eleganter in.§.ſi ſeruꝰ pact.ff.de do.

**Argumētū** ¶ Legum correctio eſt euitanda.l.ꝓcipimus in fi.C.de appel.c.cū expediat de elect.in.vi.

**Reſponſio** ¶ Solutio illa iura intelligunť qñ vna lex expſſe nō corrigit aliaꝫ quia in dubio debemꝰ euitare talem correctionē ſecus ſi appareat de expſſa correctiōe ita ꝓbant illa iura ⁊ allego bonū tex.ꝯmuniter nō allegatū ad hoc in.l.fi.in ꝟbo expſſim.C.de indicta vidui. tollē.

**Argumētū** ¶ Ualet argumentū a cōtrario ſenſu.l.i.§.huius rei.ff.de offi. eius cui man. Sed colligendo argumentū a cōtrario ſenſu in iſto textu eſt deciſio contra te.

**Reſponſio** ¶ Jſtud tuū argumentū nō ꝓcedit vbi colligendo tale argumentum reſultaret prauus intellectus ſeu abſurdū aliqđ ſeu correctio alteriꝰ iuris.l.cōuenticulā.C.de epi. ⁊ clī.l.nemo.C.de iuriſdict. oi.iudi. Notať in.l.ij.C.de ꝯdi.incertꝫ Glo.in cle.i.in verbo obſeruare de ſen.excoī.

**Argumētū** ¶ Quilibet poteſt renūciare fauori ſuo.l.ſi quis in cōſcribēdo.C. de pact.l.ſi quis in ꝯſcribendo.C.de epi.et cleri.

**Reſponſio** ¶ Jſtud tuū argumentū nō ꝓcedit in his que ſunt iuris naturaľ. l.iura ſanguinis.ff. de regu. iu.l.ius agnatōis.ff.de pact. Jtem nō ꝓcedit in his que ſunt iuris publici.c.ſi diligenti de fo.ꝯpe.l. ius publicū.ff.de pact. Jtem nō ꝓcedit qñ hoc eſſet ꝯtra bonos mores vel induceret aliquid ad delinquendū.l.ꝯuenire.ff. de pact dota. Jtem nō ꝓcedit in ꝑuilegio ꝯceſſo miſerabili ꝑſone.quia nō poteſt renūciari glo.allego ſingularē in.l.i.C.qñ impa.inter pupil. Jtem nō ꝓcedit qñ ius certam formā in actibus hoim introduxit.vt in l.nemo.ff.de lega.i.vt eſt exm̄ in actu teſtandi ⁊ in ſtipulatiōe.

**Argumētū** ¶ Si adducať aliqua lex in titulo.C.de epi.et cle.et in ti.C.de ſacro.eccle.pro clericis ⁊ eccleſijs.

**Reſponſio** ¶ Reſpondeať iſte leges nihil valent poſtq̄ꝫ in ſpecie de ecclijs ⁊ cleri.diſponūt etiā ſi nō ſint in damnū eccleſie.⁊ hoc ꝓpter defectū poteſtatis in ſtatuēte notat Ab.in.c.eccleſie ſancte marie de ꝯſtitutionibus niſi eſſet lex ꝑuilegiatiua.quia etiā nō ſubdito pōt cōcedi ꝑuilegium.c.nouit de iudi.ſcđm Ab.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0030-1

¶ Actore nō ꝓbante reus debꝫ abſolui.l.qui accuſare.C.de eden. Argumētū
l.negantes.C.de acti.et obli.
¶ Hoc nego qñ ſumus in caſu in quo ꝯcurrant duo ſcꝫ dolus rei Reſponſio
ꝛ difficultas ꝓbationis.l.ſi quando.C.vnde iu.
¶ Si adducant iura que dicūt ꝙ nō teneat aliquis de caſu fortui Argumen.
to.l.que fortuitꝭ.C.de pigno.acti.l.i.C.ꝯmo. et ſic ꝯcludat ꝙ res
perierit caſu fortuito nō debeat teneri.
¶ Reſpondeatur ſic. Iſtud argumentū procederet niſi fuiſſet re- Reſponſio
nūciatum caſui fortuito.quia poteſt quilibet in contractu in ſe ſu
ſpicere periculum caſus dicta.l.i.ꝛ dicta.l.que fortuitꝭ. Sed in ca
ſu noſtro renūciauit.ergo nō poteſt allegari caſus fortuitus.l.ne-
gotium.C.de nego.geſt.
¶ Si adducerentur etiam iſta iura contra renūciantem vt per cō Argumētū
ſequens teneatur.
¶ Dicatur ꝙ illa renūciatio nō procedit in caſu fortuito inſolito.et Reſponſio
ꝓbando caſum fortuitum inſolitum nō nocet renūciatio vt eſt ca-
ſus multum ſingularis in.l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de ꝯhe.empti.
quem textū allegant legiſte in.l.ſed et ſi quis.§.queſitum.ff.ſi qs
cautio. Et canoniſte in.c.i.de cōmo.
¶ Fuit ſemel vnus qui voluit mihi oſtendere ꝙ multa eſſent ſu- Argumen.
perflua in iure contra ea que habentur in prima conſtitutione.ff.
Et in prohemio.C.§.quibus. Nam lex ſi quis in cōſcribendo.C.
de epi.ꝛ cleri.et lex ſi quis in conſcri.C.de pact. Dicunt idem er-
go videtur ꝙ vna ſit ſuperflua et idem reperitur etiam in mul-
tis aliis locis.
¶ Ego autem incōtinenti reſpondi illud fuiſſe factum ex cauſa ꝑ Reſponſio
reſpectum ad diuerſos titulos. vel quia quādoqꝫ aliquid repetit
vt aliquid addatur et illud non dicitur eſſe ſuꝑfluum. Item illud
nō dicitur ſuꝑfluum eſſe quandoqꝫ exprimit diſtinctiori modo ꝙ̄
eſſet diſpoſitū glo.in.c.i.de ſum.tri.et fide catho.in.vi.in verbo et
filio. Ad idem allego glo.in.c.licet canō.in verbo canō de elect.in
vi.que dicit ꝙ illud nō dicitur eſſe ſuꝑfluum quod repetit primo
dictum ſed magis clare ꝛ explicite. Et allego etiaꝫ glo.in propoſi
ta materia in cle.romani in verbo virtutum de iureiu. dum dicit
ꝙ quandoqꝫ conculcant multa verba idem importantia ad ma-
iorem expreſſionem. Argumen.
¶ Senatuſconſultum prohibet mutuare filiofamilias pecuniam
vt in to.ti.ad Macedo.et tamē in filium transfertur dominiū pe
cunie quod eſſe non deberet per regulam que eſt in.c.que contra
ius de regu.iu.in.vi.
¶ Nego tuum aſſumptum ꝙ ſit prohibitū mutuari filiofamilias Reſponſio



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0031-7

ſed dico ꝙ ꝓhibitum eſt repetere ab eo ita loquitur titulus ad
macedonianū. Preterea illa regula nō habet locum quando lex
vltra procedit determinando notat glo. in dicta regula que cōtra
ius in.c.vides.x.diſ.notant glo. ꝛ docto.in.l.nō dubiū.C.de legi.

**Argumētū.** ¶ Si aliquis vellet oſtendere ꝙ lex permittat aliquē locupletari
cum aliena iactura vt per vſucapionē ꝛ preſcriptionem rei aliene
ꝛ tamē iure cautū eſt neminem debere locupletari cū aliena iactu
ra.l.nam natura.ff.de ꝯdi.iudi.

**Reſponſio** ¶ Reſpondeat̄ ſic. Licet hoc fiat cū aliena iactura.nō tamē hoc fit
cum aliena iniuria.qꝛ hoc fit legū auctoritate Jura ergo allegata
loquunt̄ quādo cum iniuria fit ꝛ ſine legū auctoritate ꝑ rationem
tex.in.l.i.ff.de vſuca.Et notat Jo.an.in.c.ij.de regu.iu. in.vi. vbi
dicit ꝙ p̄ſcriptio nō eſt cōtra ius naturale.quia eſt inducta ad ius
naturale ꝯſeruandū quia cōſeruat duas regulas iuris naturalis.
Prima eſt vt negligens puniat̄ ꝛ vt ſit litiū finis.refert Roma.in
Auctē.ſimiliter in.xxxiiij. ſpetiali vltimaꝝ voluntatū. C. ad legē
fal. Et Ab.in.c.cū eſſes de teſta. ꝛ dixit glo.ſin.in Auctē. de tēpore
nō ſolu. pecu .§.i. ꝙ p̄ſcriptio nō eſt inducta in penam. Sed ꝓpter
libertatem ſubditorū ne de iure ſuo ſemꝑ dubitēt ſcd̄m Bal.in.c.
i.§.ſi quis ꝑ triginta. Si de ſen.ſue cōtrauer.

**Argumētū** ¶ Nō debet iudicari exemplo ſed legibus.c.reuera verſi.ſed quid
de con.diſ.ij.l.nemo.C.de ſenten.

**Reſponſio** ¶ Jllud nō procedit in facto dubio. quia tunc debemus iudicare
ſicut ꝑ alios iudicatum eſt in loco tex. eſt nota.iūcta glo.in.c.fi.xx.
diſ.ſcd̄m Ab.in.c.in cauſis de re iudi. Et iudex etiam poteſt ſequi
ſententias ſi in ſe habeāt rationem. ꝛ tūc nō ſequit̄ qꝛ ſit iudicatū.
ſed quia ius ita vult ſcd̄m Bal.in dicta.l.nemo.

**Argumētū** ¶ Volo oſtendere ꝙ ex ſentencijs iudicum nō poteſt naſci ꝯſuetu
do. Judices iurant iudicare ſcd̄m leges ſunt periuri ſi aliter iudi
cant.quomodo ergo ex ꝑiurijs naſcitur ꝯſuetudo.

**Reſponſio** ¶ Populus eſt ille ex cuius cōſenſu immediate fundat̄ ꝯſuetudo.
l.de quibus.ff.de legi.qui populus nō eſt ꝑiurus.

**Argumētū** ¶ Nō poteſt ꝓbari ꝯtrarium quia ſtatutū huiꝰ ciuitatis derogat
om̄i generi ꝓbationum ꝛ ſic nō debes audiri.

**Reſponſio** ¶ Statutum nō procedit in probatione que fieret per aſpectum
oculorum. dictum eſt ſingula. Azo.in ſumma ad.l.aqui.ſcd̄m Bal.
in Rubri. C.de proba.in.l.penul. C.de peri.tuto.in.l.i.C.ſi aduer.
liber in.l.cōtra negantem. C.ad.l.aqui.omnis enim probatio vin
citur ſi in contrarium aſpectus teſtificatur ſcd̄m Bal.in.l.deo no
bis. C.de epiſco.ꝛ cleri.

**Argumētū** ¶ Conſanguineus preſumitur ſcire facta cōſanguinei.l.octaui.ff.
vnde cogna.l.de tutela. C.de inintegrū reſti.mino.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0032-3

¶ Illud procedit in his que reſpiciunt iura ſanguinis ⁊ proceſſuʒ
nature. Ita probat textus. quē ponderat Bal. ibi in. l. qm̄ ſororem. Reſponſio
C. de iu. de libe. Eſt de mente Bar. in. l. qui duos. ff. de re. dubi.
benefacit quod voluit Bal. in. l. i. C. de collu. de tegen. vbi dixit ꝙ
ſi teſtis interrogatus eſt an Ticius cōmiſit adulterium. ⁊ dicat ꝙ
ſic aſſignans rationem ꝙ eſt vicinus nō eſt ſufficiens. ratio. quia
iſtud fit clam ſcōm Bal.
¶ Non valet teſtamentum ſi notarius nō legat iſtud coram teſti-
bus. l. fideicōmiſſa. §. i. cū ibi notatis. ff. de lega. iij. Et habet in. l. Argumētū
ſi his qui in. l. ex ea ſcriptura. ff. de teſta.
¶ Iſtud nō procedit in teſta. ad pias cauſas. iſte eſt tex. ſingularis
qui extendit in pias cauſas in. l. lucius. ff. de teſta. mi. Reſponſio
¶ Uni creditori adiudicata eſt res debitoris ꝑ debito inſolutum
fuit deceptus vltra dimidiam iuſti precij ergo poteſt intētare re- Argumētū
medium legis ſcōe. C. de reſcin. vendi.
¶ Illa lex non habet locum in iuditijs propter autoritateʒ iudicij
vtputa ſi res ad iudicet pro minori pretio. Dictum eſt ſingulare Reſponſio
Bal. in. l. ordo in verſi. modo quero. C. de exe. rei iudi. Ad idem
allego quod voluit Bal. in. l. maioribus. C. cōmunia vtrin. iudi.
vbi loquitur de diuiſione facta ꝑ iudicem.
¶ Donatio inter virum ⁊ vxorem morte cōfirmatur. l. donationes
C. de donatio. inter vi. Argumētū
¶ Illud nō procedit in vxore ⁊ marito putatiuis tex. eſt ſingu. in
l. cū hic ſtatus. §. ſi quis ſponſam. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ſcōm Reſponſio
Bal. in. l. eam quam in noua coll. C. de fideicō.
¶ Si aliquis vendat duobus prefertur ille cui prius eſt tradita
res. l. quotiens. C. de rei vendi. Argumētū
¶ Illa lex nō habet locum in eccleſia vendente duobus. dictum
eſt ſingulare Hoſtien. et Jo. an. in. c. cōtinebatur de his que fiunt Reſponſio
a prelato. Quia eccleſia nō debet facere fraudem in contractibus
ſuis. Laici vero naturaliter ſe ad inuicem decipiunt. l. in cauſe. ff.
de mino. Sed iſtud dictum nō placuit multis. quia propter glo.
magiſtrorum nō debet induci correctio legis poſtq̄ʒ nō reperitur
a canone correcta.
¶ Debet puniri pena falſi. quia duobus rem vendidit. l. qui duo-
bus. ff. de fal. Argumētū
¶ Hoc nō procedit quando primus emptor ceſſabat in ſolutione
precij. quia tunc impune venditur poſteriori emptori. Quia ipſi Reſponſio
venditori non poteſt imputari culpa. Dictum eſt Bal. in dicta. l.
quotiens.
¶ Ipſo iure reuocatur donatio ſi pater nō habens filios donauit
bona ⁊ poſtea ſuſcipiat filios tex. eſt reputatus ſingularis in. l. ſi Argumētū

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0033-8

vnq̄z. C.de reuo.dona.

Reſponſio ¶ Illa lex nõ ꝓcedit in cauſa pia.quia filius nõ reuocat niſi legitimũ.glo.eſt ſingularis in.c.quicũq̄z.xvij.q.iiij.

Argumẽtũ ¶ Nõ valuit in iuditio quod factũ eſt.quia alia pars nõ fuit citata l.de vnoquoq̄z.ff.de re iudi.l. nam ita diuꝰ.ff.de adepti.

Reſponſio ¶ Illa iura nõ ꝓcedunt vbi aliter cõuentum eſt inter partes glo. eſt ſingu.in.l.diem ꝓferre.§.ſi quis litigatoꝝ.ff.de Arbi.

Argumen. ¶ Non potuit hec donatio valere inter virum ꝛ vxorem per ti.de dona.inter vi.et vx.

Reſponſio ¶ Hoc nõ ꝓcedit qñ donatur vt filia cõmunis doteẜ.caſus eſt ſingularis in.l.ſiue vxoꝛ.ff.de dona.inter vi.et vx.

Argumen. ¶ Contractus initus per dolum eſt nullus .l.eleganter in principio.ff.de do.

Reſponſio ¶ Ualet talis ꝯtractus volẽte aduerſario q̇ nõ fuit in dolo gloſas allego nota.in.l.iuris gentiũ.§.pretoꝛ ait.ff.de pact.in.l.in cauſe ſecũda poſt principiũ.ff.de minoꝛibꝫ.ꝛ in dicta.l.eleganter in principio.Et ſi in alia allegatiõe ſeu diſputatiõe adducereuẜ iſte gloſe. reſpondeatur ꝙ nõ procedũt quãdo lex reſiſteret cõtractui in quo interuenit dolus vt quia lex ꝓhiberet illum cõtractum fieri quia tunc nõ valebit etiam in fauoꝛem illius qui vult ꝯtractum valere tex.eſt ſingu.cum ſua glo.in.l.a diuo.ff.de ri.nup.ſcõm Bal.in.l.i. C.plus valere quod agitur in.l.non dubium in.x.coll.C.de legi. In.l.ea que.C.de dona.añ nup.

Argumen. ¶ Nõ poteſt repeti quod datũ eſt ſi verſaẜ turpitudo ex parte vtriuſq̄z.l.ij.C.de ꝯdi.ob tur.cauſam.

Reſponſio ¶ Illud procedit quando eſt tranſlatum dominiũ rei tradite. ſed nos ſumus in caſu quãdo dominiũ nõ eſt tranſlatum vt in pignore.quia pignoꝛans poteſt vendicare.et eſt ratio.quia tũc reus cõuenitur vt quilibet poſſeſſoꝛ glo.eſt per aliquos reputata ſingula. in.l.iuris gentium .§. ſi ob malefitium .ff. de pact. Sed ego addo ſotiam in dicta.l.ij.

Argumen. ¶ Legatus cogitur ſuſpicere legationem tex.eſt et ibi Bar. in.l.ſi quis.C.de decuri.li.x.

Reſponſio ¶ Iſtud nõ procedit in doctoꝛe.quia poteſt ſe excuſare. dictum eſt notabile Bal.per illum textum.in.l.ſed et reprobari in verbo legatos.ff.de excuſa.tuto.

Argumen. ¶ Agens hypotecaria debet probare prius rem ſibi hypotecatam C.de donationi.añ nup.l.de rebus.

Reſponſio ¶ Hoc nõ procedit in fiſco caſum allego ſingularem ſcõm Bar. in.l.i.C.de iure fiſ.li.x. quem etiam allegat Bar. in.l.et que non dum.§.quod dicitur.ff.de pigno..Et Ange.in.l.paulus.ff. qui.mo. pig.vel hypo.ſol.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0034-4

¶ Si iudex interpoſuit decretū ꝙ tutor poſſet vēdere bona pupil li etiā poterit obligari illa bona ꝑ regulā cui licet qđ eſt plus ⁊c. Argumētū

¶ In decreto iudicis nō habꝫ locū argumentū de maiore ad minꝰ tex. eſt ſingularis in. l. ſi pupilloꝝ. §. ſi ꝑtor. ff. de re. eoꝝ Responſio

¶ Tu nō potes allegare ꝑſcriptionem qꝛ fuit interrupta ꝑ citatio- nem ⁊ ſumꝰ in caſu quo citatio ſufficit ad interrūpendū. vt notant doct. in. l. fi. ff. de eo ꝑ quem factum erit. Argumētū

¶ Ad hoc vt citatio interrūpat oportet ꝙ de ipa citatiōe appareat relationē eſſe factam iudici ꝑ nunciū. Dictū eſt elegās Lap. in cle. ij. vt li. pende. Refert Alex. in dicta. l. fi. Responſio

¶ Contra ꝓcuratorem ſine mandato ſe liti offerentē debꝫ fieri exe cutio ſententie cōtra eū late. l. plautius. ff. de procu. Argumētū

¶ Hoc nō procedit quādo errore iuſto putaſſet ſe habere manda- tum. Dictū eſt notabile Bar. in. l. de pupil. §. fi. ff. de ope. noui nū. Pro quo dicto eſt tex. licet Bar. non ponderet in dicta. l. plautius in verbo ſciret. Responſio

¶ Ubicunqꝫ cōpetit aliud remedium nō datur reſtitutio in inte- grum. l. in cauſe. ff. de mio. Argumētū

¶ Exceptio nō tollit remedium reſtitutiōis in integrū glo. allego ſingu. in dicta. l. in cauſe in glo. ij. in fi. ſcđm Jo. de Jmo. in. l. diuus ff. de re iudi. Responſio

¶ Cū iuditiū fuerit fundatū in ꝑſona pupilli. tutore auctore nō po tuit cōdemnari tutor iuxta materiā. l. prime. C. de ſenten. Argumētū

¶ Hoc nō procedit in tutore caſum allego ſingularem in. l. ſi ideo in principio. ff. de euicti. Responſio

¶ Statutum imponit talem penam ꝓpter ꝯtumatiam iſte citatus nō cōparuit ergo incidit in penam. Argumētū

¶ Statutū intelligiť in cōtumatia ꝓprie ſumpta que eſt qn̄ aliqs fuit perſonaliter citatus ſi aūt alia citatiōe nō diciť ꝯtumatia ſed ceſſatio glo. allego ſingu. in. l. ſi accuſationibꝫ. C. de accuſa. quā al- legat Allex. in. l. ꝯtumatia. ff. de re iudi. Responſio

¶ Jta cōmuniter fit ſeu ſolet fieri. Argumētū

¶ Si aliquid fieri nō debuit nō ſufficit de facto fieri nō ergo ꝙ fu it ſed ꝙ fieri debuit obſeruabiť glo. eſt in. l. ſi accuſatoribꝫ. C. de ac cuſa. ⁊ eſt tex. in. c. cū cauſam de elect. ꝙ nō debet attendi qđ factū fuit in ꝑterito ſed qđ fieri debuit. qꝛ nō oīs ꝯſuetudo eſt bona. Responſio

¶ Conditio furtiua nō infamat. l. ceſſat. ff. de acti. ⁊ obli. Argumētū

¶ Licet nō infamet tn̄ aggrauat opinionē apud graues ⁊ bonos vi ros glo. eſt reputata ſingularis in. l. ſed ſi hac. §. ꝑtor ait. ff. de in ius vocā. Sed ego allego aliam in dicta. l. ceſſat Responſio

¶ Jſte laicus nō potuit ꝯueniri coram iudice eccleſiaſtico qꝛ actor ſequiť forū rei. c. ſi clericus laicum de fo. ꝯpeten. Argumētū

Reſponſio ¶ Ratiōe pacis fracte pōt ꝯueniri laicus corā iudice eccleſiaſtico tex. eſt cum glo. ſingularis ſm Ab. ibi in. c. ſuꝑ quibuſdā ad finem de verbo. ſigni. Probat etiā notabiliter tex. ille. ꝙ laicus tenet ſeruare ſtatuta facta ꝑ Legatū ſuꝑ pace ſeruanda.

Argumētū ¶ Error facit ius. l. i. C. de teſta.

Reſponſio ¶ Illa lex procedit quo ad ſollēnitatem nō quo ad ſubſtātialitatez ⁊ ideo ſi publica opinio erat ꝙ pater Ticij erat mortuus cum nō eſſet tamē eius teſtamentum nō valebit dictū eſt ſingulare Bal. in. l. ij. ad finē. C. de ſenten.

Argumen. ¶ Si teſtis cōmuni opinione reputabat liber tempore teſtamēti ſufficit ad validitatem teſtamēti dicta. l. i. C. de teſta.

Reſponſio ¶ Illa lex nō procedit qn̄ teſtator ſciebat illū eſſe ſeruū dictū eſt ſingulare Jo. fa. inſti. de teſta. §. ſed cū aliquis quia ſibi imputare debet teſtator.

Argumen. ¶ Clericus nō poteſt ꝯueniri coraz iudice laico. neqꝫ directe neqꝫ indirecte etiā volens. c. ſi diligenti de fo. cōpe.

Reſponſio ¶ Qn̄ ſtatutū ciuitatis requirit inſinuationem teſtamēti fieri coram certo iudice ſeculari aliter legata nō valeant poterit citari clericus inſtitutus heres ⁊ tenebit cōparere alias valebit actus factus in ſui ꝯtumatiā. dictū eſt ſingulare Bal. in. l. teſtamēta. C. de teſta. nam ſi diceremꝰ ꝯtrariū ſequeret impoſſibile ſcꝫ ꝙ dicta legata nō valeant. cū inſinuari nō poſſint. Nam epiſcopus nō poteſt citare vt cōpareat coram ſe. quia nō habet poteſtatem inſinuandi nō poteſt etiā mandare ꝙ cōpareat corā ſeculari ꝑ tex. in. d. c. ſi diligenti. Et dixit notabiliter Ange. in. l. i. §. hec ſtipulatio. ff. ſi cui plus q̄ꝫ ꝑ. l. falci. ꝙ in inuentario cōfitiendo poteſt citari clericus creditor vel legatarius coram iudice laico.

Argumen. ¶ Statutū requirit numeꝝ quinqꝫ teſtiū in teſtamētis ergo tale teſtamētum valet. licet nō interuenerint teſtes a iure requiſiti ꝑ nota. ꝑ docto. in. l. ſi nō ſpeciali. C. de teſta.

Reſponſio ¶ Iſtud ſtatutū nō habet locū in teſtamēto ceci. quia ſtatutū debꝫ diſtingui per ius cōmune. Dictū eſt notabile Bal. et modernorum in. l. queramus. ff. de teſta. quia in teſtando nō ſeruat formam generalem ſed ſpecialem.

Argumen. ¶ Damnatus ad mortē nō poteſt teſtari. l. eius. §. ſi cui. ff. de teſta.

Reſponſio ¶ Iſtud nō procedit quādo quis fuit cōdemnatus ꝙ debeat ꝓici de feneſtris vel ſagittari aut alia pena nō permiſſa de iure. iuxta l. aut damnū. §. i. ff. de penis. Quia nō efficitur inteſtabilis nec ſeruus pene. dictum eſt ſingulare Angeli in. l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis. ff. de acqui. here.

Argumen. ¶ Hodie quantū ad bona damnatorū ſeruatur Auctē. bona damnatorum. C. de bo. damna.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0036-5

**Reſponſio**

¶ Jlla Auctẽ. nõ procedit ſi aliquis eſt cõdemnatus ad mortem nõ ex forma iuris cõmunis ſed ex diſpoſitione ſtatuti. Jmo. ſuccedant omẽs ab inteſtato ſuccedẽtes de iure ɔmuni. dictũ eſt ſingulare Bal. in. l. ij. in fi. C. qui teſta. facere poſſunt.

**Argumẽtũ**

¶ Conceſſum in fauorem non debet retorqueri in odium. l. quod fauore. C. de legi.

**Reſponſio**

¶ Si alicui eſt conceſſum ꝓuilegium ciuilitatis in fauorem ſuum tenet̃ ad collectas tanq̃ ciuis. quia iſtud ꝓprie loquendo non eſt odium ſed de natura rei ɔceſſe id eſt ciuilitatis. Cui eſt hoc onus annexũ. dictũ eſt ſingulare Bal. in dicta. l. quod fauore in ſeptima oppoſitiõe. Et ideo dixit Pau. de caſ. in. l. ſi duo. ff. de acquirenda heredi. ꝙ qui acceptat vnum videt̃ ſe obligare omnibus legibus loquentibus de illo.

**Argumen.**

¶ Uoluntas teſtatoris ſeruanda eſt. §. diſponat in Auctẽ. de nup.

**Reſponſio**

¶ Uerum eſt qñ volũtas tranſit ad diſpoſitiõꝫ. quia nõ ſufficit ꝙ teſtator velit niſi diſponat tex. eſt valde notabilis. Et ibi ꝑ Bal. in l. quidam cũ filiũ. ff. de here. inſti.

**Argumen.**

¶ Sententia nõ poteſt ferri ꝓ parte. l. in hoc iuditio. ff. fami. herci.

**Reſponſio**

¶ Non procedit ſi aliter eſt cõuentum. quia de conſenſu partium ſententia poteſt ferri pro parte glo. eſt ſingula. in. l. ſi conuenerit. ff. de re. iudi.

**Argumen.**

¶ Negans incidit in penam. l. cõtra negantem. C. ad. l. aqui. l. fi. ff. de rei ven.

**Reſponſio**

¶ Negatio facta ad libellũ ineptũ nõ facit incidere in penã. dictũ ẽ ſingulare Bal. in. l. edita in repetitõe paduana in. x. col. C. de edẽ.

**Argumen.**

¶ Jſte citatus dñe iudex ꝓmiſit mihi ꝙ ꝓficiſceret̃ ad talẽ locum infra certũ temp⁹ ſub tali pena nõ fecit. peto igit̃ ꝙ ɔdemnet̃ ⁊c̃.

**Reſponſio**

¶ Jntelligitur ꝓficiſci arripiendo iter infra dictũ tempus. nõ aũt requiritur ꝙ iter ꝑficiat infra illud tempus ſed iter arripiat ergo nõ debꝫ ɔdemnari. ita nota. dixit Ange. ꝑ illũ tex. cum glo. in. l. qui Rome. §. callimachus. ff. de verbo ob.

**Argumen.**

¶ Jllud quod certa die promiſſum eſt poteſt ſtatim dari. l. ſtipulatio. §. inter certam. ff. de verbo ob.

**Reſponſio**

¶ Hoc nõ ꝓcedit in illo qui debet recipe triticũ vel vinũ ad tempus q̃ nõ cogit̃ recipe ante tempus. nec aliqđ aliud qđ curſu temporis deteriorari poteſt. dictũ eſt nota. Guil. ⁊ Bal. l. plures apicꝫ in fi. C. de fi. inſtru. quã doctrinã multũ extollit Bal. ibi.

**Argumen.**

¶ Clientulus meus iurauit ſe fuiſſe impeditũ ergo debꝫ excuſari ꝓpter iuramentũ glo. nota. iiij. q. v. c. quiſquis.

**Reſponſio**

¶ Hoc fateor ſi iuraſſet deferẽte iudice ſed iurauit aliter. ꝗ iuramẽtũ nõ releuat. dictũ eſt valde nota. Bar. in ſuo ɔſilio incipiente ex facto ꝓponit̃ refert Allex. in. l. ij. §. qđ dixim⁹. ff. ſi quis cautiori.

Argumētū ¶ Domine iudex teſtator reliquit centū clientulo meo pro eundo ad terram ſanctam. peto q̄ cōdemnetis heredem ad dandū p̄ſtita cautiōe de eundo. l. quibus diebus. §. fi. ff. de ꝯdi. ꝛ demō. facit lex ſi quis pro redemptione. C. de dona.

Reſponſio ¶ Non poteſt peti nūc ſed debet expectari quādo fiet tranſitus generalis. ꝛ hoc ex preſumpta voluntate defuncti in quo caſu nō loquunt̄ iura tua dictū eſt nota. Bar. ꝛ Di. in. l. lucius. §. a te peto. ff. de lega. ij.

Argumen. ¶ In nr̄a ciuitate t̄pe nūdinaꝝ fuit captus vnus ꝓcurator ipſius acceſſit ad iudicem petens ip̄m de carcere dimitti q2 t̄pe nūdinarū nō potuit capi. oēs em̄ tali t̄pe ſunt tuti ꝛ liberi. l. i. C. de nū.

Reſponſio ¶ Jlla lex loquit̄ in cauſa ciuili. nos aūt ſumus in illo qui fuit captus ꝓ malefitio tex. allego nota. in. l. ij. C. de exhi. re. et notat Bal. in dicta. l. i. qui etiam dicit. q̄ illa lex ꝓcedit in nūdinis ſollēnibus ꝛ in priuilegium ꝯceſſus aliter non.

Argumen. ¶ Jllud quod aufertur ab indigno applicatur fiſco vt in ti. de his qui. vt indig.

Reſponſio ¶ Jlle ti. ꝓcedit vbicūq3 illud qđ ꝓhibetur incidit in ſpeciē delicti ſed vbicunq3 aliquid ꝓhibetur q2 eſt contra bonos mores ſimpliciter tunc quod nō accipit indign⁹ nō accipit fiſcus tex. eſt nota. in. l. i. C. de ſecū nup.

Argumen. ¶ Trahens aliq̄3 in vetitū examē punitur pena de qua in. l. criminali. C. de iuriſ. oi. iudi.

Reſponſio ¶ Jlla lex nō ꝓcedit in illo qui in ꝯtractu renūciauit priuilegio q2 nō dicit̄ quis trahere aliquē ad vetitū examē qn̄ trahit volentem dictū eſt nota. Bal. in. l. nō eſt nouū. ff. de legi. Et illa pena nō hab3 etia3 locū qn̄ quis vult penitere an̄ litem ꝯteſtatam vt eſt verior opinio in dicta. l. in criminali ꝑ tex. in. l. amplius nō peti. ff. rem ratam haberi.

Argumen. ¶ Maior reſtituitur ex clauſula ſi qua iuſta mihi cauſa eſſe videbitur vt in ti. ff. ex qui. can. ma.

Reſponſio ¶ Nō habet locū ille ti. vbicūq3 quis vellet reſtitui ad cōplendu3 p̄ſcriptiōz. q2 tractat de lucro captando ꝛ ſic in caſu noſtro male allegas illū titulū glo. allego nota. in. l. iij. §. labro. ff. de acq. poſſe.

Argumen. ¶ Jn ꝯtractibus innoīatis re integra habet locum penitentia. l. ſi pecuniā. ff. de ꝯditione ob cauſam.

Reſponſio ¶ Nō ꝓcedit illud fauore dot3 tex. eſt ſingl'aris in. l. ſi ego. §. ſi res ff. de iure do. ſm̄ Bal. in. l. ſic3. C. de acti. ꝛ obliga.

Argumen. ¶ Jn facto ꝓprio nō preſumit̄ error. l. fi. ff. pro ſuo.

Reſponſio ¶ Jllud nō ꝓcedit qn̄ tractat̄ de damno euitando glo. eſt. ꝛ Bar. in l. cū de indebito. ff. de ꝓbati. nam eo ip̄o q̄ probo indebitū p̄ſumitur error tex. eſt in. l. ſed ſi me putē in p̄n. ff. de ꝯdi. Jnde Bar. in. l.

non fatetur.ff.de conſe.
¶ In caſu noſtro debet fieri ſequeſtrū per ea que habentur ⁊ no-
tantur in.l.i.C.de prohibita ſequeſ. Argumētū
¶ Ceſſat ſequeſtrū vbi datur fideiuſſor. idoneus tex.eſt in .l. fi. et
ibi per Bal.C.de ordi.cog. Reſponſio
¶ Mulier nō poteſt eſſe procuratrix in iuditio.l.feminis.l.neqꝫ fe
mine.ff.de procura. Argumen.
¶ Hoc nō ꝓcedit in iuditio voluntarie iuriſdictionis tex.eſt nota.
ſcd̄m Bal.ibi in.l.i.§.fi.C.ↄmunia de manu. Reſponſio
¶ Procurator admitti poteſt cum cautione de rato in caſu qui po
nitur in.l.i.C.de procura. Argumen.
¶ Illud nō ꝓcedit ſi in ciuitate in qua eſt ꝓcurator eſt etiam dn̄s
caſum allego ſingularē in.l.mutus.§.his qui.ff.de procura. Reſponſio
¶ Nō ꝓcedit iſte libellus quia dicit̄ ibi ꝙ locauit fundū pro certa
quātitate frumenti.l.i.§.ſi quis ſeruū.ff.de po. Argumētū
¶ Ibi verbū locauit ſtat improprie.l.ſi olei vbi Bar.C.loca. vba
eīn̄ impropriant̄ vt diſpoſitio valeat doct.eſt Bar. que ſemꝑ alle-
gat̄ in.l.ſed ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff.de iureiu. Reſponſio
¶ Qui certus ē nō debꝫ amplius certiorari.l.i.in fi.ff.de acti.emp. Argumen.
¶ Hoc nō ꝓcedit vbi debet fieri denūciatio ad incitandū aliquē. Reſponſio
Doct.eſt Bar.in.l.i.C.de peri.⁊ ↄmo.rei ven.
¶ Nō poſſum petere vltra ſortem.qꝛ eſt vſura vt ꝑ totū ti. de vſu. Argumen.
¶ Tollitur quādo petit̄ loco intereſſe glo.eſt nota.in.l.curabit.C.
de acti.emp.in.c.cōqueſtus de vſu. Reſponſio
¶ In pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſeſſoris.l.ij.
C.de ↄdi ob tur.cau. Argumen.
¶ Hoc ꝓcedit tm̄ in cōditione ob turpē cauſam cū dedi vt aliq̄d
turpi faceres. Sed in caſu noſtro dedi ↄtrahendo licꝫ talem ↄtra-
ctum lex ꝓhibeat tūc eīn̄ poſſuꝫ repetere glo.habes ſingularē in.l.
fi.ff.de aleato.ſcd̄m Bal in Auctē.qui res.C.de ſacroſanct.eccle.⁊
ideo perdens in ludo ꝓhibito poteſt repetere ſcd̄m illā glo. Reſponſio
¶ Monaſterium nō ſeruauit ſollēnitatem in alienando ergo alie-
natio eſt nulla.c.nulli de re.eccle.nō alienā. Argumētū
¶ Illa iura nō ꝓcedūt in caſu noſtro qꝛ fratres p̄dicatores vendi
derūt ex neceſſitate quia nō poſſunt retinere ideo nō requirit̄ ſol
lēnitas dictū eſt nota.Bal.in Auctē.hoc ius.C.de ſacroſan. eccle. Reſponſio
¶ Domine iudex iſte conductor debet expelli.quia male vtitur re
l.edem.C.loca. Argumen.
¶ Illa lex intelligitur in notabili deterioratione. ſed nos ſum⁹ in
modica ergo non ſumus in caſu illius legis. Dictum eſt notabile
Bal.in Auctē.qui ⁊c.C.de ſacroſanct.eccle.per tex.qui ſemꝑ alle
gatur in.l.ſcio.ff.de in inte.reſti. Reſponſio



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0039-5

**Argumen.** ¶ Iſte notarius eſt priuatus a iure offitio exercendi notariatum. ergo inſtrumentũ quod fecit nõ valet per ea que habenť in Auctē. de tabelli. in principio.

**Reſponſio** ¶ Hoc nõ procedit anteq̃ʒ ſit declaratum per ſententiam hominis quia tũc valent inſtrumẽta ante illam declarationē glo. eſt ſingularis in Auctē. de tabelli. §. penul. ſm Bal. in. l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſanct. eccle.

**Argumẽtũ** ¶ Epiſcopus nõ poteſt ſtatuere ꝯtra canones. c. cũ inferior de maio. ꝛ obe. in cle. ne romani de elect.

**Reſponſio** ¶ Illa iura nõ ꝓcedunt qñ hoc epiſcopus faceret ex aliqua cauſa noua ꝛ nõ excogitata ab ipo canonis ꝯditore ꝑ tex. ſingularē ꝛ aureum in. l. ſi hominē. ff. manda. quē allegat Bal. in. l. i. §. huiꝰ ſtudij ff. de inſti. ꝛ iu. et in. l. omnes populi in quarta colũ. Ab. in. c. fi. de ꝯſue. bene facit qḋ habeť in. l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact.

**Argumen.** ¶ Tu habes hic vnũ ſtatutũ quod ſtatuta nõ poſſunt gloſari nec interpretari. ergo tua glo. nihil valet.

**Reſponſio** ¶ Ego nõ ſum qui gloſo ſeu interpretor. quia ſtatutũ intelligiť de gloſa homis nõ legis. Ita pulchre dixit Bal. in. l. omēs populi in penul. carta. ff. de inſti. ꝛ iure.

**Argumen.** ¶ Illa que habet filius a patre reputanť in legittimã ſuã ꝑ ea que habenť in. l. ſi qñ. §. et generaliter. C. de inoffitio. teſta.

**Reſponſio** ¶ Iura feudalia ꝛ empheteotica que tranſeuntꝫ in filiũ vt filiũ nõ imputanť in legittimã nec trebellianicã glo. allego ſingularem in l. ſi patroni in ꝓn. ff. ad trebell. Et ibi per Ange. qui dicit hunc eſſe caſum quottidianũ. Et ibi etiam notabiliter probatur ꝙ feudum ꝛ euphitroſis acquiſitũ pro ſe ꝛ liberis nõ cadũt in fideicõmiſſum quod tamē ſingulariter limitat Bal. in. l. cũ virũ. C. de fideicõmi. in vltima colũ. niſi fideicõmiſſarius eſſet de liberis qui poſſet in feudo ſuccedere. quã limitationē multum extollit Pau. de Caſtro in dicta. l. ſi patroni Et idem dicit Bal. in emphiteoſi eccleſie. que venit in reſtitutione fideicõmiſſe de liberis ad liberos nõ de liberis ad extraneos allegat notata per glo. quã dicit ſingularem in. l. etiam. ff. ſolu. matri.

**Argumen.** ¶ Mater dixit ꝙ dabat in peculium filie talem domũ ꝛ ſic nõ donauit ꝛ per cõſequens debet poſſe reuocari per matrem dicta domus tanq̃ʒ nõ ſit donata. ſicut etiam dicimus in patre.

**Reſponſio** ¶ Iſta eſt vera donatio dato ꝙ mater dixerit ſe dare peculiũ tex. eſt ſingularis in. l. donationes in cõcubinã. §. ſpecies. ff. de dona. ſm Bal. in. l. cũ virũ. C. de fideicõ.

**Argumen.** ¶ Non ſolum in caſu noſtro veniũt filij ſed etiam nepotes per ea que habenť in. l. filij appellatiõe. ff. de verbo ſig.

**Reſponſio** ¶ In cõtractibus appellatione filiorum nõ veniunt nepotes nota

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0040-7

bilis eſt doctrina Bar.in.l.liberoꝝ.ff.de verbo ſigni.per tex. in.l. veteribus.ff.de pact.et facit dictū ſingulare Archi.in.c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.vbi dicit ꝙ in ꝯtractibus maſculinū nō concipit femininū ex quo ſingulariter ſequitur ꝙ in emphiteoſi recepta ꝓ ſe et filijs ⁊ nepotibus non veniunt femine. et ideo ſis cautus vt etiam femine nominent᷑.

¶ De legittima deducitur omne grauamen ⁊ onus.l.qm̄ in prioribus.C.de inoffi.teſta. Argumētū

¶ Qn̄ expreſſe vel tacite fideicōmiſſe onus eſt iniunctum ſuccedentibus ab inteſtato filio impuberi eo decedēte in pupillari etate valet fideicōmiſſum etiam quo ad legittimā textus eſt ſingularis in.l.ſi fundū per fideicōmiſſum.§.fi.cum.l.ſequenti.ff. de lega.i.et indubio quando onus eſt iniunctum poſt mortem filij videt᷑ nō iniunctum filio ſed ſuccedētibus ab inteſtato ipi filio pulchra eſt doctrina Bar.in.l.qui duos in fi.ff.de vulgari et pupilli Jo. de Jmo. in. l. coheredi.§.cum filie.ff.eo. Et ideo ſi teſtator diſpoſuit ꝙ poſt mortem filij hereditas reſtituatur Titio videt᷑ fideicōmiſſum iniunctum venientibus ab inteſtato et valebit in totum nec poterunt deducere legittimam debitam filio ꝙ Jmo.dicit eſſe ſingulare. Reſponſio

¶ Aſſertio vulnerati ꝙ Titius eum vulnerauerit facit contra ipſum preſumptionem textus eſt cum glo.notabi.in.l.mr̄.C.de calumnia. Argumen.

¶ Aduerte quia illa gloſa nō intelligitur ſic prout tu allegas. ſed ſolum operatur hoc illa aſſertio.quia excuſat a calumnia ſi heres motus eſt ad accuſandum. Et ibi dixit Ange.ꝙ talis aſſertio non facit iuditium ad torturam et eſt tex. in.l.tertia.§.i.ff.ad Silenia. vbi nō creditur dicto offenſi niſi probet et ꝙ non ſolum probet ſed etiam nō faciat iuditium ad torturam probatur quia ſi etiam deponeret cum iuramento nō eſſet integer teſtis cum ſe faciat inimicum capitalem et de propria offenſa deponat ⁊ teſtis inimicus nō facit iuditium ad torturam ſaltem quando inimicitia eſt magna. l.i.§.preterea.vbi per glo.et Bar.ff.de queſti. et non creditur teſti inimico etiam ſi ſit in articulo mortis dictum eſt elegans Bal. in ti.de pace conſtantie in verbo vaſalli.qui dicit ꝙ etiam ſi teſtis recepit corpus chriſti poterit tamen repelli tanꝗ̄ odioſus.quia non omnis moriens eſt Johannes euangeliſta. Ad excuſationem bene prodeſt aſſertio offenſi.ſed nō quo ad criminationem tex.eſt ſingula.in.l.diuus marcus.ff.ad Silleni.quando ſcilicʒ offenſus tulit teſtimonium innocentie. ſecus autem ſi nō tuliſſet teſtimonium innocentie ſed dixiſſet talem culpabilem abſoluo.quia hoc nō pōt in ꝑiuditium reipublice ſm̄ Bal.in dicta.l.diuus. Reſponſio

**Argumētū** ¶ Plures ꝑcuſſerunt vnum ⁊ mortuus eſt ⁊ nō habebat niſi vnū vulnus letale. tamē ignorat̄ quis intulerit om̄es tenent̄ tex. eſt in l. item mella. §. ſed ſi plures. ff. ad legem aquile. glo. in. l. ſi rixa. ff. de ſicca.

**Reſponſio** ¶ Hoc nō eſt verū per regulā que eſt ꝙ in crimialibus ꝓbatiōes debent eſſe luce meridiana clariores. l. ſciant. C. de proba. ⁊ tex. in dicta. l. ſi in rixa dicit ꝙ ictus vniuſcuiuſq; ſpectari oportz ⁊ ita cōſuluerūt om̄es doctores Bononie prout refert Petrus de Ancho. in ꝯſilio incipiente Nos Bar. de Sali. nō obſtat glo. allegata in dicta. l. ſi in rixa. quia intelligit̄ ꝙ om̄es teneant̄ pecuniariter nō ꝙ moriantur. nō obſtat tex. in dicto. §. ſed ſi plures. quia intelligitur quādo agit̄ ciuiliter ꝯdemnabunt̄ ergo pecuniariter vel alia pena nō ad mortem. Et nota ſingularem glo. in dicta. l. item mella. §. ſed ſi plures ꝙ ſi conſtat ꝙ nō om̄es ꝑcuſſerunt ſed vnus tantū et nō ꝯſtat quis. tūc nullus tenet̄ de occiſo argu. l. abſentem. ff. de pe.

**Argumētū** ¶ Iſte accuſatus cōmiſit homicidiū interfitiendo Ticiū ſcienter ergo debet puniri pena inducta a ſtatuto.

**Reſponſio** ¶ Ipſe ꝑcuſſit inſultantem ergo videtur feciſſe ad ſuā defenſionez cū cuilibet ſit ꝑmiſſa defenſio tex. eſt nota. et ibi ꝑ Bal. in. l. ij. C. de ſicca. Et loquit̄ nota. Bar. ꝑ illū tex. in. l. ſed quicūq; . ff. ad. l. aqui. et Bal. in. l. multis. C. de libera can.

**Argumētū** ¶ Unus teſtis facit iuditiū ad torturam glo. eſt reputata ſingularis in. l. iij. C. ad. l. iuli. maieſt.

**Reſponſio** ¶ Hoc verū ſi eſt integer teſtis alias nō vt eſt doctrina Bar. in. l. i. §. item cornelia. ff. de queſti. et in. l. maritus eo. titu.

**Argumētū** ¶ Iſte accuſatus ꝓtulit ꝟba inhoneſta ⁊ blaſphemia de deo ergo debet puniri vt in Auctē. vt nō luxu. ꝯtra na.

**Reſponſio** ¶ Ille qui ex lubrico lingue minus honeſta ꝓtulit nō meret̄ penā tex. allego nota. et ibi ꝑ Bar. in. l. famoſi. ff. ad. l. iuli. maieſt. in. l. i. C. ſi quis impa. ma. ꝙ aūt in caſu noſtro fuerit lubricū lingue ꝓtz. quia poſt breuiſſimū ſpatium poſtq̄ʒ dixit ꝙ deus nō poſſet facere ſubſedixit ⁊ deus tamē om̄ia poteſt nam ex his que in cōtinenti ſubſequuta ſunt ꝓſumit̄ anim⁹ ⁊ intētio. l. ſi ventri. §. fi. ff. de ꝑui credi.

**Argumētū** ¶ Actus geſtus cōtra iuramentū precedens nō valet glo. allego ſingularem in. c. licet mulieres de iureiu. in. vi. in ꝟbo ꝯpellēdos.

**Reſponſio** ¶ Aduerte quia hoc nō eſt verū nec illa glo. ſic debet intelligi. naʒ actus geſtus ꝯtra iuramentū valet licet gerens ſit ꝑiurus tex. eſt nota. in. c. ſicut ex lr̄is de ſponſa. vbi ſi iuraui ꝯtrahere cū vna muliere poſſum ꝯtrahere cum alia licʒ ſim ꝑiurus. allego etiā glo. ſingula. in. c. fi. de procu. in. vi. in verbo reuocatus. que dicit de illo q̄ iurauit nō reuocare ꝓcuratorem. ⁊ qđ notat glo. in. c. vltima volūtas. xiij. q. ij. et Io. andree in regu. qđ ſemel. de illo qui iurauit nō

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0042-8

imitare teſtamentū nō obſtat glo. ꝑ te allegata quia in caſu illius gloſe cum iuramento cōcurrebat ꝓhibitio iuris ꝯmunis ꝓhibentis alienationem rei dotalis.

¶ Imperium principis nō inducit iuſtū metū glo. eſt ſingularis in.c.inſinuāte qui clerici vel vouentes. Argumētū

¶ Hoc nō ꝓcedit quādo conſueuit princeps male tractare nō parentes ſibi et ad hoc allego pulchram doct. Bar.in.l.de pupillo.§.ſi quis ipi ꝑtori in qnta queſtione.ff.de ope.no.nūci. Reſponſio

¶ Nō valet hoc teſtamentū factū in terris eccl'ie cū nō fuerit adhibita ſollēnitas teſtiū de qua in.c.cū eſſes de teſta. Argumen.

¶ Illud.c.loquēs de preſbro prochiali habet etiā locū ſi interuenerunt quatuor teſtes ſine preſbitero dictū eſt ſingl'are Specu.in ti.de inſtru.editio.§.cōpendioſe ver.itē ſi per ius canonicū. notant moderni in dicto.c.cū eſſes. Reſponſio

¶ Nō ſufficit probare bene merita ꝑ cōfeſſionem patris. doctrina eſt Bar.in.l.ſi forte.ff.de caſtrē. pe.in.l.ſi donatione.C. de colla.. oportet ergo ꝙ aliunde conſtet. Argumētū

¶ Hoc nō procedit quādo pater iuraret illa merita eſſe vera dictū eſt ſingulare Bal.in dicta.l.ſi donatiōe qꝛ tūc ſufficeret. Reſponſio

¶ Nō valet donatio inter patrem ⁊ filium.l.donationes quas.C. de dona.inter vi.⁊ vxo. Argumētū

¶ Hoc intelligitur in pura ⁊ mera donatiōe nō in remuneratoria vt notant doct.in Auctē.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſta.plene ꝑ Bar.in.l.frater a fratre ad fi.ff.de ꝯdi.indebi. Item valet donatio inter patrem ⁊ filium ſi iuramentū interuenit. Dictū eſt notabile Bal.in.l.fi.C.pro dona.licet idem Bal.teneat cōtrarium in.c.cū contingat in fi.de iureiu. Sed prima opinio videt̃ verior qꝛ inter patrem ⁊ filiū oritur efficax obligatio ꝓpter iuramentū.c.q̄uis de pact.in.vi. Et idem vult Ab.in dicto.c.cū ꝯtingat. Itē valet inter patrem ⁊ filiū vſqꝫ ad quātitatem legittime. Dictū eſt ſingulare Bal.in.l.fi.§.nō aūt.C.de boniſqꝫ libe. Ualet etiā donatio irreuocabiliter qn̄ pater donat filio vſufructū bonorum aduenticiorum Quia nō dicit̃ donatio ſed potius quedam refutatio.dictū eſt notabile Bal.in dicto.§.nō aūt ⁊ in.§.ſequenti. Reſponſio

¶ Iſta donatio nō valet qꝛ cū ſit exceſſiua nō fuit inſinuata iuxta ea que habent̃ in.l.ſanctim⁹ in.l.ſi quis argentū.C.de dona. Argumētū

¶ Iuramentū tollit defectum inſinuationis. dictum eſt notabile Io.an.in ti.de inſtru.editi.§.porro in penul.⁊ vltima colū. ꝑ Ange.in.l.ſanctim⁹.C.de dona.ꝑ Ab.in dicto.c.cū ꝯtingat de iureiu. et eſt ꝯmunis opinio. Item qn̄ ꝯtractus eſt celebratus coram iudice illud ſufficit pro inſinuatione.doctrīa eſt Bar.in.l.oīm.C.de teſta.in.l.modeſtin⁹.ff.de dona. Reſponſio



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0043-4

Argumētū ¶ Donatio remuneratoria nō indiget inſinuatione vt habet in.l. aquilius regulus.ff.de dona.

Reſponſio ¶ Hoc eſt verū qn̄ remuneratio eſt ꝯdigna ſecus ſi exceſſiua quia quatenus excedit eſt vera donatio dictum eſt elegans Bal.in.l. illud in.iiij.queſtione.C.de ſacroſanct.eccle.⁊ ibi allegat glo.quā dicit ordinariā in dicta.l.aquilius.

Argumen. ¶ Iſta glo.ſe nō firmat quia recitat multas opiniones ergo ſuꝑ ea nō poteſt fieri fundamentum.

Reſponſio ¶ In vltima opinione videt reſidere doctor glo.eſt nota.in.l.filiū §.ſabini.ff.ad trebell.notat Bar.in .l. bona fides .ff. de po.Bal.in Auctē.ex teſtamēto.C.de colla.in.l.ſi mr.C.ne de ſta.defuncto.

Argumen. ¶ Iſte didicit teſtificata ergo nō poteſt ꝓducere alios teſtes ꝑ ea que habent in.c.ꝯſtitutꝫ in.c.fraternitatis de teſti.

Reſponſio ¶ Qui caſu fortuito nō ad finem ſciendi legit atteſtatōes nō dicit didiciſſe dictū eſt ſingulare Bal.in dicto.c.ꝯſtitutis ad hoc qꝺ ſingulariter notat glo.in.c.cū ꝑſone de priuile.in.vi.que allegat ad h ꝙ ex ſimplici tranſcurſu nō dr̄ quis informatus et ideo nō repelleretur aliquis a ꝓductione teſtiū Et qꝺ voluit Bal.⁊ Jo.de Jmo. in.l.ij.§.inſpectio.ff.quēadmodū teſta.ape. vbi notabiliter dicunt ꝙ oportet ꝙ dicta teſtiū ſint intellectualiter ⁊ mature viſa alias nō dicit didiciſſe teſtificata.et dixit notabiliter Bal.in dicto.c.cōſtitutis qꝺ requirit didiciſſe acta nō extrinſecus quia tūc dr̄ didiciſſe qn̄ didicit ꝑ ſcripturā nō ꝑ viuā vocē teſtiū nec ſufficit vidiſſe exemplū eoꝝ que dixerint teſtes ſi nō eſt viſum originale dictū eſt ſingulare Bal.ꝑ illū textū in.l.fi.ff.quēad.teſta.ape.

Argumen. ¶ Sententia lata in fauorem abſentis nō citati nō valet glo.in.l. ea que.C.quō ⁊ qn̄ iu.notāt doct.in.l.furioſo.ff.de re iudi.

Reſponſio ¶ Hoc nō ꝓcedit in crimialibꝫ tex.eſt ſingu.in.l.q̄uis indubitati C.de adulte.nō ꝓcedit etiā in caſibus in quibus ꝓcedit ſūmarie ⁊ ſine figura iudicij dictū eſt ſingulare Bar.in extrauaganti ad reprimendū in verbo ⁊ ſine figura.

Argumētū ¶ Si aliquis ꝓmittit ſatiſfacere nō liberat dando fideiuſſorē vel pignora notant doct.in.l.i.ff.qui ſatiſda.cogan.

Reſponſio ¶ Hoc nō ꝓcedit in diſpoſitōe legali tex.eſt nota.in.l.item liberat §.i.ff.qui.mo.pig.vel hypo.ſoluit et ideo ſi ſtatutū dicit ꝙ ſi condemnatus nō ſatiſfecerit infra decem dies amputet ſibi manus dicit ſatiſfeciſſe dando pignora vel fideiuſſorem.

Argumen. ¶ Dñe iudex iſte nō pt̄ obtinere qꝛ ꝓbauit ꝑ duos teſtes quoꝝ vnꝰ eſt infamis infamia facti ⁊ ſic nō eſt oī exceptiōe maior.

Reſponſio ¶ Si vnus teſtis eſt infamis infamia facti alter ꝟo teſtis eſt valde dignus integra fides alterius ſupplet fidem alterius dictū eſt ſingulare ⁊ aureū Bal.ꝑ illū tex.in.l.ſi quis ex argentarijs .§.i.ff.

de eden. et licet duo domeſtici teſtes nõ ſufficiãt. ſufficient tres qꝛ
qđ deficit in fide ſupplet in numero glo. eſt multũ ſingular; in .l.
iij. §. eiuſdem. ff. de teſti. ſm Bal. in. c. ſi quis teſtiũ de teſti.

¶ Prorogatio termini facti debitori nõ liberat fideiuſſorem vt no tant moderni in. l. ſi vnꝰ. §. i. ff. de pact. in. c. ꝯſtitutus de fideiuſſo. — Argumen.

¶ Hoc nõ ꝓcedit vbi quis ſe obligaſſet ꝑ certo tpe tantũ vt ſi aliquis aſſumpſit cuſtodiã alicuius caſtri ꝑ ſex menſibꝫ ⁊ dedit fideiuſſores finitis ſex menſibꝫ nõ tenent vltra fideiuſſores. dictũ eſt notabile Bar. in. l. lucius. §. pau. ff. de admini. tuto. qđ tamẽ ibi ſingulariter limitat Bar. niſi cuſtos ꝓmiſiſſet reſtituere ſi nõ reſtituit adhuc fideiuſſores tenentur. — Reſponſio

¶ Inſtrumentũ factum inter alias pſonas ſemiplene tantũ ꝓbat Bar. in. l. admonendi. ff. de iureiu. — Argumẽtũ

¶ Hoc nõ ꝓcedit vbi ꝯcernit fauor dot; qꝛ plene ꝓbabit ita ſingulariter ꝯſuluit Bar. in ꝯſilio incipiente Factũ ſic ſe habet. — Reſponſio

¶ Quando exceptio dilatoria ſupuenit poſt litẽ ꝯteſtatam poteſt opponi. l. ij. C. de cõſortibus eiuſdem litis. — Argumen.

¶ Hoc intelligit qñ ſupuenit ante ꝯcluſionẽ in cauſa vt eleganter voluit Bar. in. l. ſi mr. §. ij. ff. de excepti. rei iudi. quia paria ſunt exceptionem ſupuenire poſt ꝯcluſionẽ ⁊ poſt ſententiam. — Reſponſio

¶ Uerba debent intelligi ſm ꝯmunem vſum loquendi vt habet in. l. labeo. ff. de ſuppellect. lega. — Argumẽtũ

¶ Hoc verũ qñ ſunt ꝓlata in vulgari ſecus ſi in latino vt eſt notabilis doct. Bar. in. l. ſi quis filiabus. ff. de teſta. tuto. et ꝑ Bal. in .l. lege in vltima colũ. C. de legitti. here. — Reſponſio

¶ In feudis nõ habet locum ius accreſcendi. c. i. §. cum vero qui feu. da. poſ. Ita ꝙ ſi duo fratres feudum acceperunt alter nõ ſuccedit alteri niſi hoc ſit actum. — Argumen.

¶ Hoc nõ ꝓcedit in feudis ꝯceſſis a principe. dictũ eſt ſingulare Bal. in. l. i. in. §. in ꝓmo. C. de cadu. tollẽ. ⁊ in. c. i. de duo. fratri. — Reſponſio

¶ Appellatione filij in contractibus nõ continetur adoptiuus vnde conducens rem in emphiteoſim pro ſe ⁊ filijs nõ venit adoptiuus Dictum eſt notabile Specu. in ti. de locato. §. nũc aliqua ver. lxviij. Idem probatur in. c. ſi adoptiuus in ti. ſi de feu. fu. ꝯtrauer. per quẽ tex. idem dicendũ in priuilegijs. — Argumen.

¶ Hoc nõ procedit quando nõ poteſt verificari niſi in adoptiuis vt quia erat talis qui generare nõ poteſt glo. habes ſingularem in. l. ſi quis poſtumos. ff. de libe. et poſtu. Et ibi tangunt Bal. ⁊ moderni de clerico recipiente in emphiteoſim pro ſe ⁊ filijs an veniant adoptiui. Addo etiam ꝙ in teſtamentis nõ veniunt adoptiui tex. eſt in. l. ſi ita quis. §. is cuius. ff. de lega. ij. — Reſponſio

¶ Appellatione liberoꝝ cõprehendunt tam maſculi ꝙ̃ femine .l. — Argumen.

ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius vocan.

Reſponſio ¶ Hoc eſt verū qn̄ ſumꝰ in materia indifferenti id eſt cōuenienti
vtriqꝫ ſexui ſecus ſi maſculo tm̄ vt in feudis tūc em̄ nō ꝯprehen-
dunt femie regulariter cū femie nō ſuccedāt in feudo dictū eſt ſin
gulare Pau.de Caſt.in dicto.§.liberos.Et dixit notabiliter Bal.
in.c.i.ad finē in ti.q̇.mo.feudū ꝯſti.pōt ꝙ ſi quis recepit rem ſim
pliciter in feudū videt̄ recepiſſe ꝓ ſe ⁊ deſcendentibꝫ maſculis

Argumētū ¶ Si aliquis ꝓmittit facere aliū ſecurū ſeu cautū ſufficit ſola ꝓ
miſſio ſine fideiuſſoꝛe vel pignoꝛe glo.eſt reputata ſinglarꝫ in .l.ſi
mādato Ticij.§.fi.ff.mā.notat Bar.in.l.i.§.ꝯnis.ff.de ſtipu.ſeruo.

Reſponſio ¶ Hoc nō ꝓcedit qn̄ aliquis ꝓmiſit facere plene vel idonee cautū
ꝑ tex.cum glo.in dicto.§.fi.Allego etiam glo.in.c.fi.de pigno.in .c.
fi.de ſen.ex.in.vi.In.c.felicis de pe. in.vi. in ꝟbo idonee in .c.i.in
fi.de ſeque.poſſe.In.c.ex publico de ꝯuer.ꝯiugato.In.c.ad nr̄am
i.de iureiu.In.c.ex parte.i.de verbo ſig.inſti.de eo cui libra.cauſa
Et nota has glo.qꝛ tot ꝯmuniter nō allegant̄.

Argumen. ¶ Regula.l.grece.§.⁊ poſt litē.ff.de fideiuſſo.nō ſolū ꝓcedit in ciui
libus ſed etiā iu crimialibus vt eſt glo.no.in.l.ſi quis reum.ff.de
cuſto.reoꝛum.

Reſponſio ¶ Hoc verū niſi ꝓmiſiſſet iudici pn̄tare qn̄cūqꝫ iudici placuerit.
qꝛ etiā poſt ſententiā tenebit̄.dictū eſt nota.Bar.in dicta.l.ſiquis
reū licet Bal.in.l.qui crimē.C.qui accu.in tertia queſtione tene
at cōtra Bar.et nō bene.

Argumētū ¶ Ubicūqꝫ ex diſpoſitiōe legis vel ſtatuti quis tenet̄ ad dandū fi
deiuſſoꝛem releuabit̄ ſi eſt manifeſte idoneus ⁊ ſoluēdo nec eſt ſu
ſpitio ꝙ deſinat.dictū eſt multū notabile Pau.de Caſt. in.l.i.ff. q̇
ſatiſda.cogan. In.l.diuoꝛtio.§.interdū.ff.ſolu.matri.

Reſponſio ¶ Hoc eſt falſum qꝛ ꝯtra tex.in.l.i.in ꝑn.ff.vt lega.nomi.caue.vbi
heres cuiuſcūqꝫ dignitatꝫ ſit vl' quarūcūqꝫ facultatū tenet̄ p̄ſtare
ſatiſdationem legatoꝝ nomie.ad idem tex.in.l.ſi mioꝛ.§.fi.cum .l.
ſequenti.ff.de pꝛocu.

Argumen. ¶ In libello ciuili nō requirit̄ ꝙ expꝛimat̄ locus ⁊ tempus vt no-
tant doct.in.l.i.ff.de eden.

Reſponſio ¶ Hoc nō ꝓcedit qn̄ reus peteret cogi actoꝛē in libello declarare ⁊
exꝑmere tp̄s vt reus poſſet ſibi ꝑare exceptiōꝫ p̄ſcriptōis dictū eſt
ſingu.Bal.in.l.edita in.xviij.colū.C.de edē.i repetitōe Peruſina.

Argumen. ¶ Poſſidens immobilia nō tenet̄ ſatiſdare de iuditio ſiſti.l. ſcien
dum.ff.qui ſatiſda.cogan .

Reſponſio ¶ Petens reuocari temitā datam in ſui ꝯtumatiā debet ſatiſdare
de iuditio ſiſti etiam ſi poſſidet immobilia glo.eſt multū ſingula-
ris in Auctē. de exhiben. re .§. ſi vero etiam quidam ſm̄ Bal.in
dicta.l.ſciendum in lectura antiqua.

¶ Mendatium punitur.l.fi.ff.de rei ven. Argumētū
¶ Hoc verum ſi eſt dolo expreſſum aliter nō habet locū.pena im- Reſponſio
poſita negantibus glo.allego nota.in dicta.l.fi.voluit Bar. in.l.eū
qui in p̄n.in vi.colūna.ff.de iureiu.
¶ Judex fecit p̄ceptum de cōparendo ſub certa pena nō cōparuit Argumētū
nō poteſt mulctari qui nō cōparuit ſine noua citatione. Bar.in.l.i.
ff.ſi quis ius dicere. Jn.l.iij.§.ſi ad diem.ff.de re mili.
¶ Hoc nō ꝓcedit ſi iudex in p̄cepto penali cōminatus fuerit ꝙ ſi Reſponſio
nō cōparebit mulctabit eum tali mulcta. nam tūc in impoſitione
mulcte nō requirit̃ noua citatio.quia ad hoc videt̃ eſſe citatus.ad
hoc adduco pulchram doctrinā Bar.in.l.in puberibus.§.fi.ff.de
ſuſpec.tuto.ꝓ qua eſt bonus tex.et ibi ꝑ doct.in.c.ij.de teſti.co. Et
addo ꝙ iudex in p̄cepto poteſt cōminari ꝙ ſi pars nō paruerit poſ
ſit impune offendi.dictū eſt ſingulare Ange.⁊ Jo.de Jmo.in.l.ſti
pulatus ſim mihi a proculo.ff.de verbo obli. et an poſſit iudex in
ſententia ꝯdemnare reum ad ſoluendū quātitatem cum cōmina-
tiōe qđ ſi nō ſoluerit incidit in penam quarti pluris eſt glo.reputa
ta ſingularis.et ibi ꝑ Bar.in.l.i.C.de vſu.fiſca.li.x.
¶ Si venditor ſciat litem eſſe motā ab alio q̄ȝ ab emptore hoc nō Argumētū
ſufficit vt eſt cōmunis opinio in.l.ij.§.voluntatem.ff.ſolu.matri.
Bar.in.l.denūciaſſe.ff.de adul.
¶ Hoc nō ꝓcedit ſi venditor ⁊ emptor fuerunt cōuenti ſimul in iu Reſponſio
ditio tūc abſqȝ alia interpellatione poterit emptor ſuperatus age
re glo.eſt ſingularis in.l.ſi dictū.§.penul.ff.de euicti.ſcđm Bal.in
l.libera.C.de ſenten. Nō ꝓcedit etiā ſi venditor iuraſſet in inſtru
mento venire ad defendendū emptorem.quia tūc nō requirit̃ alia
denūciatio ſi ſciuit litem eſſe motam. Jta ſingulariter dicunt mo
derni in dicto.§.voluntatem.qđ eſt notandū in practica.
¶ Magiſtratus durante officio nō poteſt in ius vocari.l.pars lit- Argumētū
terarū.ff.de iudi.
¶ Hoc procedit in loco ſui magiſtratus ſed alibi ſic glo.eſt ſingula Reſponſio
ris in.l.ſi p̄ſens.C.de epiſco.audien.
¶ Gerens ſe pro doctore vel notario cū nō ſit punitur pena falſi. Argumētū
l.eos in fi.vbi Bar.ff.de fal.
¶ Niſi olim fuiſſet quia ingerendo ſe offitio a quo fuit depoſitus Reſponſio
mitius punit̃ ꝓpter p̄mordiū veritatis. Dictū eſt ſingula. Bal.in
l.data opera in.xx.colū.C.qui accu. Et dictū tuū ꝓcedit etiam in
illo qui ſe gerit pro doctore actualiter faciens actus ꝑtinentes ad
doctorem.ſed vbicūqȝ gereret ſe tm̄ verbo tūc extra ordinē venit
puniendus.dictum eſt ſingulare Bal.in.l.qui ſub p̄textu in fi.C.
de ſacroſanct.eccle.qđ dicit eſſe multū notandum.
¶ Domine iudex factū eſt edictū ꝙ oīes debeant ire in exercitū Argumētū

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0047-6

nō obſtante aliquo priuilegio.priuilegiū ergo iſtius nō ꝓdeſt ſibi.
Reſponſio ¶ Hoc intelligit̃ de priuilegio ſpeciali nō incluſo in corpore iuris
quia ꝑ iſta verba nō vident̃ ſublata priuilegia incluſa in corpore
iuris.tres ſunt glo.valde notabiles in.l.ij.§.legatis in.l. heres ab
ſens.ff.de iudi.in Auctē.qua in ꝓuintia.C.vbi de crimīe agi opꝫ.
Argumētū ¶ Iſtud ſtatutū nō poteſt allegari in caſu noſtro.quia papa in ſuo
reſcripto derogauit oīmibus ſtatutis.c.ſolite de maio. ⁊ obedien.
Reſponſio ¶ Diſpoſitio habens clauſulam generalem derogatoriā nō intelli
gitur derogare ſtatutis ſeu priuilegijs iuramēti vinculo ꝯfirmatꝫ
niſi hoc dicat̃ glo.habes ſingularē in.c.cū nō deceat de elect.in.vi.
Argumen. ¶ Confeſſio ſine cauſa nō valet.l.generaliter cun ſua materia .C.
de nō numerata pe.
Reſponſio ¶ Hoc nō procedit in cōfeſſione facta in iuditio ſine cauſa glo.ha-
bes multum nota.in.l.i.in fi.ff.de interro.actio. Illa eīm valida ac
ſi ineſſet cauſa.
Argumen. ¶ Alter conreorū ſtipulandi poteſt p̄occupando integrū debitum
ꝯſequi nec tenet̃ cauere de rato quātū ad alterū conreū glo.eſt no.
in.l.nō ſolū.ff.ſolu.ma.quia agit noīe ſuo nō alieno.
Reſponſio ¶ Poteſt tamē petere cautionez debitor vt defendatur ab alio reo
ſtipulandi tex. habes notabi. in .l. fideicōmiſſa .§. plerunqꝫ.ff.de
lega.iij.
Argumen. ¶ Ille qui celat aliquid vt verū nō appareat incidit in crimē falſi
vt notat Bar.per illum tex.in.l.paulus.ff. de fal.
Reſponſio ¶ Ille qui celat teſtamentū quo ad oēs vt nemo poſſit habere in-
cidit in.l.Corneliā de fal̃ ſecus ſi celat vni aut duabus perſonis.
quia talis nō incidit in legem Corneliam tex. allego ſingularem
et ibi Bar.ita declarat in.l.locū in verſi.et poſt .ff. de tabu.exhibē.
Argumen. ¶ Acceptus eſt fideiuſſor de iudicato ſoluendo in prima cauſa nō
renetur de eo ꝙ iudicat̃ in cauſa appellationis tex. eſt ſingularis
ſm Bar.ibi in.l.cū apud.ff.iudi.ſolui.
Reſponſio ¶ Iſta lex ſingularis nō procedit in iudice coram quo eſſet petita
reduxio ad arbitrium boni viri dictum eſt nota.Bal. in .l. fi.in.x.
queſtione. C.de ꝯtrahen.empti.
Argumētū ¶ Qn̄ vnū eſt in obligatiōe aliud in ſolutiōe nō p̄cludit̃ facultas
ſoluendi niſi donec iudicati ꝯueniat̃.l.miles.§.decē.ff.de re iudi.
Reſponſio ¶ Hoc nō ꝓcedit qn̄ vnū eſt in obligatione ⁊ aliud in ſolutione
ex diſpoſitione homīs.quia tunc ꝯteſtatio litis tollit hanc faculta
tē.caſuꝫ allego ſingularē in .l. ſiqͥs ſtipulatus fuerit decē in melle.
ff.de ſolu. Et ibi Bar.dicit ꝙ neſciret dare ꝯcordantē illi legi.
Argumētū ¶ Filius in poteſtate exiſtens non poteſt habere tutores inſti . de
tute. in principio.
Reſponſio ¶ Hoc nō ꝓcedit in filio deportati cui fuerat datus tutor ſi reſti-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0048-1

tuitur filius reincidit in poteſtatem ⁊ tñ ſi pater habꝫ malos mores vt quia eſt dilapidatoꝛ remanet tutoꝛ ſibi datus. caſum allego ſingulariſſimũ ſm Bar. ibi in. l. fi. C. de ſen. paſſis.

¶ Falſa cauſa nõ vitiat inſtitutionem. l. cũ tale. §. cũ falſam. ff. de condi. ⁊ demon. Argumẽtũ

¶ Hoc verũ eſt niſi probeꝛ teſtatorem alias inſtitutũ nõ fuiſſe. qđ ꝓbatur ex prefationibus. caſum allego ſingularem qui nõ repitur alibi ſm Bar. in. l. fi. ff. de here. inſti. quia pfationes ꝓbant finalez cauſam diſpoſitiõis ⁊ eſt melioꝛ lex que ſit in iure ſm Bar. Reſponſio

¶ Ad veritatem copulatiue requiriꝛ vtrãqꝫ partem eſſe veram ad veritatem diſiunctiue ſufficit alteram partem eſſe veram. l. ſi heredi plures. ff. de condi. inſti. Argumẽtũ

¶ Hoc nõ ꝓcedit ſi in qualibet parte alternatiue mens teſtatoꝛis nõ verificaꝛ tũc em̃ diſiuncta accipiꝛ pro ꝯiũcta. Iſte eſt caſus ſingularꝭ in. l. lucius. ff. de heredi. inſti. Dicit tñ Bar. ibi ꝙ habet ſolũ vnã ꝯriã ꝯcoꝛdantiã in. l. gñaliter in ꝓncipio C. de inſti. ⁊ ſubſtitu. Reſponſio

¶ Frater nõ teneꝛ dotare ſoroꝛem inopem niſi ſit eodẽ patre nata. vt notaꝛ in. l. nõ oĩm. C. de adminiſtra. tuto. Argumẽtũ

¶ Iſta diſtinctio an ſit nata ex eodẽ patre vel nõ. nõ fit in alimẽtis. qꝛ ſemꝑ teneꝛ alimẽtare inopem. caſus eſt ſingularis in. l. qui filiũ ff. vbi pupil. edu. debe. Et notabiliter etiã ꝓbat ille tex. ſm Bal. ibi ꝙ ſi ſtatuto caueaꝛ ꝙ maſculus teneaꝛ dotare ſoroꝛem ⁊ in alio nõ ſuccedat ꝙ interim anteꝗ̃ dotet teneꝛ illam alimẽtare nec poteſt imputare alimẽta in dote relicta qđ eſt tenendũ fixũ coꝛdi ſm eũ. Reſponſio

¶ Licet heres pupilli nõ habeat ꝓuilegiũ in actione tutule hoc fallit in ſuo herede glo. eſt nota. in. l. dabimus. ff. de ꝓui. credi. Argumẽtũ

¶ Allego caſum ſingularẽ in ꝯtrariũ in. l. nõ ſolũ. §. ſi pupille. ff. de ritu. nup. De q̃ textu nõ fuit recoꝛdatꝰ gloſatoꝛ in. d. l. dabimꝰ. de q̃ ꝑ Bar. in. l. ex pluribꝫ. ff. de admi. tuto. in. l. qꝛ tale. ff. ſolu. matri. Reſponſio

¶ Debitoꝛ ex pluribꝫ cauſis ſoluẽs põt eligere in quã cauſaz ſoluat l. i. in ꝓncipio. ff. de ſolutio. et ſic poteſt apponere legẽ ſoluendo. Argumẽtũ

¶ Licꝫ poſſit apponere legem quã vult circa electiõz cauſe aliã tñ legẽ apponere nõ põt glo. eſt ſinglaris in. l. in traditiõibꝫ. ff. de pact. ſm Bar. in dicta. l. i. in tertia oppoſitiõe. et Ange. ⁊ Jo. de Jmo. in l. ſi cũ dotẽ. in ꝓnci. ff. ſolu. matri. et Bal. in. l. legẽ. C. de pact. Et rõ eſt. qꝛ qñ ſoluiꝛ ex neceſſitate ratiõe ꝓcedentis obligatiõis nõ põt opponi pactum qđ ꝓducat actionem. Reſponſio

¶ Euicta re q̃ fuit ꝓ pecunia inſolutũ data nõ agiꝛ actiõe ꝓma ſed agiꝛ de euictõe. l. ſi ꝓdiũ. C. de euicti. l. elegãꝛ in ꝓn. ff. de pig. acti. Argumẽtũ

¶ Hoc nõ ꝓcedit in dote qꝛ tũc actio ꝓma nõ tolliꝛ tex. eſt ſinglarꝭ ſm Bar. ibi. in. l. qui res in ꝓncipio. ff. de ſoluti. Et idẽ voluit Bar. in. l. ſi quis aliam eo. titulo. Reſponſio

Argumētū ¶ Sunt multe ꝑſone que habent benefitiū ne ꝯueniant̄ vltra quā facere pñt vt in.l.in ꝯdemnatiōe.ff.de regu.iu. Jn.l.maritū in id. ff.ſolu.matri. Jn.l.inter eos.ff.de re.iudi. Sꝫ iſte ē vnꝰ ex illꝰ. ꝗ ꝛc.

Reſponſio ¶ Hoc nō ꝓcedit qñ aliquis ꝓpter malefitium deuenit ad inopiā tex.eſt ſingularis in.l.penul.ff.de iure doti.ſcḋm Bal. in.c. que in eccl'iaꝝ de cōſti. Et ideo dixit ſingulariter tex.in.l.fi.§.ſi.ff.de his que in fraudē credi. Qꝫ benefitium cedendi bonis nō cōpetit illi qui in fraudem creditoꝝ diſſipauit bona ſm Ange.ibi et in.l.i.C. qui bo.cedere poſſunt. Et Bal.in.l.i.in. quinta queſtione.C. ſi quid in frau.patro.

Argumen ¶ Reſtitutio in integrū non datur vltra quadrienniū.c.i. de reſti. in inte.in.vi.

Reſponſio ¶ Nō ꝓcedit hoc in caſu noſtro ꝓpter enormiſſimū damnū glo.eſt multū ſingularis in dicto.c.i.in verbo cauſa.

¶ Jnter tempus neceſſitatis ꝛ non neceſſitatis nō eſt ſimilitudo ergo nō ꝓcedit argumentū glo.eſt in regu.in argumentū de regu. iu.in.vi.

¶ Jlle tex.loquit̄ in libertate ergo eſt ſpetiale fauore libertatis.l. papinianus.§.quarta.ff.de inoffi.teſta. vbi pater nō poteſt ꝑuare filium quarta tñ libertates dando minuit quartam.

¶ Nō nocet cum effectu quia ſaltem dabit̄ reſtitutio in integrū.

¶ Fateoꝛ ꝙ te debeo habere in principem ſi tamē habeas me vt ſenatorem.c.eſto ſubiectus.xcv.diſ.

¶ Hoc nō potuit ſtatutū qḋ eṁ nō poteſt prima cauſa que habꝫ influere in ſcḋam multominꝰ poteſt ſcḋa. Nam cū populi faciant ſtatuta auctoritate principis merito qḋ nō poteſt ꝑnceps nō poſſunt ſtatuentes ſumpto argumēto a maioꝛi potentia cauſe efficientis.

¶ Jllud loquit̄ in iudeis nos in hereticis ratio eſt. quia fides iudeoꝝ habuit principiū veritatis. et ideo nō ſunt ita deteſtabiles iudei ſicut heretici.

¶ Cū de vno dicit̄ inſeꝑabiliū ꝛ de altero intelligit̄ eſſe dictū. Et ideo dicit Bal.ꝙ licet tex in.l.nullus.C.de ſum.trini.Dicat ꝙ ſpirituſſanctus a patre procedit ſubintelligit̄ etiam a filio cū pater includit filium.

¶ Jllud in penis diffoꝛmibus ſed in penis vnifoꝛmibꝰ equaliter ſunt puniendi oēs ꝛ nobiles ꝛ ignobiles.Doctrina doctoꝝ in.l. nemo clīcus.C.de ſum.trini.

¶ Hic nō dicitur eſſe plus quia plus dicit̄ quattuoꝛ mōis.§.plus inſti.de actio. Sed iſte modus nō eſt aliquis de illis iſto mō arguit glo.ſingularis in.§.econtrario inſti.de lega.

¶ Gloſa tua loquit̄ ſine lege. ergo nō vera notāt doct.in.l.i.C. de iuris ꝛ fac.igno.facit tex.in.l.illam.C.de colla.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0050-2

¶ Iſta ſolutio cõtinet diuinationem ergo nõ tenenda notãt docto res in.l.ij.C.de iu.et fact.igno.
¶ Iſta negatiua aſſerit ad impugnationẽ ſcripture.ergo ꝓbanda l.ſi poſt diuiſionẽ.C.de iu.et facti.ignorã.
¶ Coacta voluntas volũtas nõ eſt q̃ ad penã vt in filio obſequẽte pr̄i in nõ atrotioribꝫ.l.velle.ff.de regu.iu.vbi do. ꝙ velle nõ credit.
¶ Fateor ab initio ſed ex poſtfacto poteſt quis decedere ꝑ parte te ſtatus ⁊ ꝑ parte inteſtatus.l.circa.ff.de inoffi.teſta.
¶ Res cõmunis nõ eſt mea inſpecta veritate ſed ꝓpter fictionem glo.eſt ſingu.in.l.id qð noſtrũ.ff.de regu.iu.
¶ Si nõ eſt dominus eſt loco domini ⁊ ſufficit.l.interdũ.§.qui tu tulã.ff.de furtꝭ.
¶ Eſt ſpeciale ne vtilitas pupilli impediatur glo.eſt in dicta.l.id quod noſtrum.
¶ Iſta lex loquit de imꝑatore vel fiſco.ergo eſt ſpeciale vt eſt glo. in dicta.l.id qð noſtrum.
¶ Iſta lex noua pertinet ad litis ordinationem ergo reſpicit futu⸗ ras cauſas licet ſint ſuꝑ preterito negotio.l.leges ⁊ cõſtitutiones ⁊ ibi Bar.C.de legi.
¶ Poſſum extendere hãc legem poſtq̃ꝫ diſpoſitũ ꝑ eam nõ haberet effectũ ſine extenſione.l.ij.ff.de iuri.omi.iudi.l.ad rem mobilem.l. ad legatum.ff.de ꝓcura.
¶ Nõ debemus recedere a ꝓpria ſignificatiõe verboꝝ legis.l.i.§. ſi is qui nauẽ.ff.de exerci.l.nõ aliter.ff.de lega.iij.quãdo mens le⸗ gis nõ eſt certa quia tunc debemus verbis inherere hoc probat in ratiõe ſui tex.ſingu.in.l.ſi alij.ff.de vſufru.lega.
¶ Ratio legis repugnat ideo nõ ſtamꝰ ꝓprie ſignificatiõi.l.cũ mu⸗ lier.ff.ſolu.matri.glo.in.l.cũ tale.§.flãm.ff.de ꝯdi.⁊ demõ.⁊ eſt tex. multũ notabilis ſm̄ Bal.ibi in.l.ſcire optꝫ.§.aliud.ff.de excu.tuto.
¶ Cõmunis vſus loquendi repugnat ꝓprie ſignificatiõi ⁊ ideo ſta mus ꝯmuni vſui etiã cõtra ꝓpriam ſignificationem vt notat in.l. libroꝝ.§.ꝙ tñ caſſius.ff.de lega.iij.l.in vulgari.l.vt alfenus.ff.de verbo.ſigni.
¶ Statutũ ſic intellectũ ꝯtineret abſurdũ tex.eſt valde notabilis ad multa in.l.penul.ff.ad exhibẽ.ꝙ ỽba legis nõ debent captari.
¶ Dato vno incõuenienti nõ debet dari maius.et ideo ſi ſtatutũ dicit ꝙ ſoror nõ ſuccedat fratri nõ intelligit ꝙ frater nõ ſuccedat ſorori vt notabilit dixit Bal.ad finẽ.C.de legitti.heredi.in.l.lege.
¶ Iſta lex noua trahit ad p̃terita quatenus tractũ habent ꝑ tp̄e fu turo tex.eſt nota.in.l.de vſuris.C.de vſu.
¶ Iſta interp̃tatio legis nõ eſt eligenda.quia nõ careret vitio tex. eſt in.l.in ambigua.ff.de legi.lex em̄ debet eſſe ſancta ⁊ imaculata.

et ideo dixit Bal.in dicta.l.in ambigua ꝙ ſi ſtatutū punit rapien-
tem mulierē nō habet locū in viro rapientē vxorē de lupanari eſſet
em̄ iſte intellectus vitioſus et eſt tex.in.l.ſcire oꝑtet.§.aliud.ff.de
excu.tuto.vbi lex ſic eſt interp̄tanda vt nō ꝯtineat abſurditatem.
¶ Uniuerſaliter intelligit lex licz referat ad ſingulas ꝑſonas vt in
ꝓhemio.C.in fine.l.iura nō in ſingulis.ff.de legi.
¶ Natura gerundij eſt vt cū ponit in accuſatiuo ſignificat cauſaz
finalē.l.i.§.i.ff.de dolo idem ſi ponat in caſu gtīo cū hac dictōe cau
ſa vel cū hac dictiōe aīo.l.p̄ma in p̄n.ff.de ſicca.l.his qui.C.eo.
¶ Diſtingue tp̄a ꝛ cōcordabis ſcripturas glo.in.l.i.C.de accuſa.
tex.ꝛ ibi ꝑ Bar.in.l.apud antiquos.C.de fur.ꝛ facit glo.in.l.ſi cū
hermes.C.loca.Et ſis memor diſtiguere iura inducta ꝛ exp̄mere
eoꝝ intellectum.c.litteras de reſtitu.ſpoli.c.inter corporalia.§.ſed
neqꝫ de tranſlati.prela.c.abbate de re.iu.in.vi.
¶ Jlle tex.loquit de religione.ergo eſt ſpeciale fauore religionis.l.
ſunt ꝑſone.ff.de religi.et dixit ſingulariter glo.in.l.locū in p̄n.ff.de
vſufru.ꝙ poſſumꝰ iſto modo ſoluere ꝯtrarietates.
¶ Soluit etiaz per ſuppletionem vt dixit Bar.in.l.ſi pater.C.de
vſufru.Nam licet vna lex dicat ꝙ tenetur ad fructus perceptos.
nō tamē negat quin etiam de ꝑcipiendis nō teneat vt in.l.certum.
C.de rei ven.
¶ Si dicatur fallit ibi reſpondeatur hoc eſt leue dicere Bar.in.l.
repete.§.i.ff.de queſtio.Sicut eſt dicere ſpeciale glo.in.l.filiū quē
habentem.C.famnberciſcū.
¶ Si adducit aliqua falſa doctrina alleget Bal.in.l.i.C.de ſacro
ſanct.eccle.in.vij.colūna ꝗ dicit ꝙ iudices ꝓpter imperitiā ſequūt
errores quibꝫ nō reſiſtit ꝓ eo quia ꝯmūiter iudices nō intelligūt
radicē iuris.ꝛ ideo laborandū eſt vt doctrine fantaſtice euellantur
ꝛ ſubintret nō fallax ſed vera doctrina ſm Bal.
¶ Ubi diſpoſitio habet duas rōes finales licet vna ceſſet ſi tn̄ alia
ſuꝑeſt ſufficit.§.affinitatis inſti.de nup.l.liberoꝝ.§.i.ff.de his que
notan.infa.l.ſi vētri.§.in bonis.ff.de p̄ui.credi.ꝛ loquitur pulchre
Bar.in extrauagante ad repri.in verbo ne ex eorum abſentia qui
allegat iſta iura et in.l.i..ff.ſolu.matri.
¶ Ratio eſt impulſiua nō facit ceſſare legē.l.i.§.ſexū.ff.de poſtu.
¶ Jlla cauſa p̄ſumit finalis ꝗ ꝑ ſe infert in quolibꝫ effectu incluſo
ſub diſpoſitōe alias p̄ſumit impulſiua ita Bal.in.l.i.ff.ſolu.matri.
¶ Ratio legis ſemꝑ preſumit finalis glo.eſt ſingularis in.l.cū ta-
le.§.legato falſam.ff.de condi.ꝛ demō.quā dicit ordinariam Bal.
in.l.generaliter.C.de epi.ꝛ cleri.
¶ Ratio inſerta ab hoīe nō preſumit finalis ſed impulſiua niſi ali
ter ꝓbetur dicto.§.legato falſaz.et.l.fi.ff.de heredi inſti.

¶ Ceſſante ratione legis non ceſſat diſpoſitio quando ſuperſunt alique reliquie.l.ij.ff.rerum amotarum. Notat Bar.in.l.ij.§.fi.in fine.ff.de dona.

¶ Ceſſante cauſa impulſiua ceſſat diſpoſitio qñ ille qui ſtatuit aliter nõ ſtatuiſſet niſi cauſa impulſiua locum habuiſſet. dictum eſt ſingulare Bal.in.l.etſi poſt tres.ff.ſi quis cautio.

¶ Lex generaliter loquens reſtringit̃ ꝑ rationẽ vt ibi locũ habeat lex vbi eſt ratio.l.ad gire.§.q̃uis vbi ꝑ Bar.ff.de iure patro. quia niſi ꝑ rationẽ reſtringeret̃ puniret̃ aliquis ꝯtra mentem legis.

¶ Cauſa impulſiua ꝓprie nõ eſt cauſa ſed eſt quoddam motiuum cauſa autez finalis eſt ꝓprie cauſa. et dicit Ariſto. ꝙ cauſa finalis cauſa aliaꝝ cauſaꝝ qua cauſa ceſſante ceſſat effectus.

¶ Finalis cauſa eſt illa que funditus et ex toto mouet animũ diſponentis alias veriſimiliter nõ facturũ vt in ſimili ſi do tibi decẽ vt vadas romam. Impulſiua que impellit ſtatuentem qua ceſſante ſtatuens erat ſtatuiturus. vt in.l.i.§.ſerũ.ff.de poſtu. vt in ſimili ſi do decem tibi vt emas caligas.notant doct.in.c.poſt tranſlationem de renũ.

¶ In odium materie benefitialis ꝓpter ambitionẽ reprimendam ceſſante cauſa impulſiua corruit diſpoſitio caſum allego ſinglarez ſm Abba.ibi in.c.poſtulaſti de reſcri.

¶ Ratio legis ſumitur ex ipa lege vel ex eius prefatione.l.fi.ff.de here.inſti.vbi tex.ſinglaris ſm Bar.l.i.ff.ad Macedo. Bar.in extrauagan.ad repri.in verbo ne ex eoꝝ abſentia.vbi bonus tex.

¶ Dictum reſtringit̃ per rationem tex.eſt notabilis qui ſemꝑ allegatur in.l.cũ pater.§.dulciſſimis.ff.de lega.ij.facit tex.in.c.intelligentia de verbo ſigni.in.c.fi.de preben. Et quando ius aliquid ſtatuit rationem nõ exprimens ſi poſſumus cõiecturare naturalem rationem illius diſpoſitionis debemus ad limites illius rationis diſpoſitionem generalem reſtringere. Tex.eſt multũ nota.in.c.ſuggeſtũ de appel.iuncta.c.meminim⁹ eo.ti.

¶ In correctorijs etiam ex maioritate rationis nõ fit extenſio vt notat̃ in Auctẽ. quas actiones. C.de ſacroſanct.eccle.in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri.facit tex.in.l.p̃cipimus in fi. C.de appel.

¶ Iura limitatiua poſſũt extendi quia aliud eſt dicere ꝙ iura ſint limitatiua aliud ꝙ ſunt correctoria. Doctrina eſt Bar.in.l.ſi conſtante.ff.ſolu.matri.

¶ Iſta dictio A diuidit tex.eſt notabilis in.l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excu.tuto.in.l.ratio.§.fi.et ibi ꝑ glo.ff.de acti.empti. Et ideo cũ ſtatutum noſtrum dicat ꝙ a die litis conteſtate lis finiatur infra tres menſes dies litis conteſtate nõ imputatur eſt tex.et glo.in.c.ſtatutum de preben.in.vi.

¶ Jſta lex nõ merer̃ allegari quia nõ fuit recepta moribus vtentiũ
glo. eſt ſingularꝫ in. c. de treuga. ⁊ pa. Quod intelligir̃ ſciente ⁊ pa-
ciente ſuꝑiore qui eam tulit nec requirir̃ tunc aliqua preſcriptio.
Et idem voluit Bal. in Auctē. oēs ꝑegrini. C. cõi. de ſucce. licet nõ
fuit memor illius gloſe.
¶ Jſta ꝯſuetudo vel ſtatutum nõ valet nec excuſat a pena. quia lex
impꝑialis caſſat talem ꝯſuetudinē vel ſtatutũ tex. eſt nota. ſm Bal.
ibi in dicta Auctē. oēs peregrini. ad ideꝫ tex. et ibi ꝑ Bal in Auctē.
nauigia. C. de fur.
¶ Exceptio debet eſſe de his que cõtinenr̃ ſub regula. q2 exceptio
ponit ꝯtrariũ eius qd̓ in regl'a dictũ erat vt notar̃ in. l. i. ff. de regu.
iu. ꝑ Dy. in Rubri. de regu. iu. in. vi. ꝑ Bar. in. l. i his. ff. de legi. in. l.
item querir̃. §. qui impleto. ff. loca. ⁊ ideo iſta nõ eſt bona exceptio.
om̄es libri ſunt mei excepta domo.
¶ Ad id ſe porrigit legis fictio ad qd̓ ſe porrigit lex nature. l. qui
ad certũ. ff. loca. nam furioſus ⁊ mortuus cũ nõ poſſint ꝯſentire na
turaliter nõ fingunr̃ a iure ꝯſentire.
¶ Diuerſitas vocabulorũ inducit diuerſitatem rerum. c. omnino
xxxi. diſ. l. ſi idem. C. de codi.
¶ Verba deſeruiũt intentiõi nõ ecõtra. c. ij. requiris de appel. Ha
bent em̄ ſe verba ⁊ ratio ꝓut corpus ⁊ aīa. nam ſicut aīa domiatur
corꝑi ita ratio legis dñatur verbis. l. nõ dubiũ. vbi ꝑ Cinũ ⁊ Bal.
C. de legi. regula finali vbi ꝑ Dy. de regu. iu. in. vi.
¶ Ubi rõ nõ eſt expſſa in lege debemꝰ cõiecturare ꝑ ſil'ia rõneꝫ na
turalem que mouere potuit legiſlatorem. nam ſine rõe nõ fuit mo
tus cũ ſine rõne nõ ſit lex. iiij. diſ. c. erit aũt ⁊ ſm illam rõꝫ ꝯiectu-
ralem poſſumus extendere ⁊ reſtringere etiã legē odioſam. Jſtud
eſt dictũ ſingulare Cy. in. l. nõ dubiũ. C. de legi.
¶ Si legiſlator hoc voluiſſet hoc dixiſſet. c. ad audientiã de decl.
l. i. §. ſi a nõ deficientꝫ. C. de cadu. toll. l. ſi ſeruũ. §. nõ dixit ꝑtor. ff.
de acqui. here c. ſi quis preſbiter de con. diſ. iiij.
¶ Si om̄es nõ ſunt vſi lege ꝓ certo caſu nec tñ fecerũt ꝯtrarium
nõ vſus nõ tollit legem. notãt doct. in. c. Johannes de cleri. ꝯiuga.
Bar. in ꝓhemio. ff. §. et antea. et eſt tex. ꝯmuniter nõ allegatus ad
hoc in. l. fi. in ꝑncipio. C. de iure domi. impetrã.
¶ Si lex vult q̄ fiat extentio ad aliquod genus ꝑſonaꝝ intelligir̃
quo ad ea in quibꝫ poteſt eſſe ꝓportio ⁊ ꝯueniētia tex. eſt nota. in. c.
ea que de ſtatu regu.
¶ Licet iſta lex ſit correcta eſt tñ canoniſata ergo põt allegari in fo
ro eccl'ie glo. eſt ſingularꝫ in. c. in ꝑmis. ij. q. i. ſm Ab. in. c. j. de pre-
ſump. Et ſic nõ ſumꝰ in caſu legis finalis. ff. de fal. vbi allegãs le-
ges correctas punir̃ pena falſi qd̓ tñ ibi notabiliter declarat Bar.

¶ Dato ꝙ lex ſit ſpecialis tñ quia prefatio legis eſt generalis ge-
neraliter intelligit̃.l.regula.§.i.vbi Bar.ff.de iu.ꝛ fac.igno.
¶ Iſta glo.debet intelligi ſm iura que allegat ita Bar. qui ſemꝑ allegatur in.l.nõ ſolum.§.liberationis verbo.ff.de libe.lega. Sed allego eundem Bar.in.l.cũ quidam.ff.de his quibus vt indig. in l.atletas.§.calumniator.ff.de his qui no.infa.in.l.ſuus quoqꝫ.ff. de here.inſti.in.l.caſſius.ff.de ſena.in.l.reũ.C.de ꝓcura.in Auctẽ. ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccle.in.l.ij.C.de reſcindẽ.vendi.et Ab. in.c.ex litteris de proba.
¶ Quale eſt principiũ legis vel ſtatuti talis iudicat̃ eſſe finis.naꝫ ꝓcedentia trahuntur ad ſequentia ꝛ ecõtra.l.qui filiabꝫ in ꝓncipio l.talis ſcriptura.l.ſi ſeruus pluriũ in fine.ff.de lega.i.l.itẽ quia.ff. de pact.l.ticia.§.idem reſpondit.ff.de verbo obli.l.ſi quis ex ar-
gentarijs.§.ſi initium.ff.de edendo glo.in.c.ꝑuenit.xviij.diſ.que dixit ꝙ per ſequentia intelligunt̃ et preſumuntur precedentia.
¶ Lex ſemꝑ loquitur ꝛ ſemꝑ viridis eſt.l.arriani.C.de here.facit tex.in.c.cum arte de cele.miſſa.in verbo ſacre ſcripture auctori-
tas ꝛc̃.et ideo dicit Bar.in.l.cũ lex.ff.de legi.ꝙ ſi ſtatutum dicit quicũqꝫ fuit vel eſt obligatus habet locũ in illo qui obligatur poſt ſtatutum quia lex ſemꝑ loquitur per dictam legem arriani.ad idẽ qđ voluit Bar.in.l.qui bona.§.et ſi ſupſitiarum.ff.de dam.infect. qui loquitur de hac dictione hodie in.l.appoſita de qua in.l.iuris gentium.§.hodie.ff.de pact.in.l.hodie.ff.de pe.in.l.hodie.ff.de fal. in Auctẽ.hodie.C.de appel.in Auctẽ.ſed hodie.C.de iudi.In Auctẽ.ſed hodie.C.qui manu.nõ poſ.in Auctẽ.ſed hodie.C.de epi.et cleri.In Auctẽ.ſed hodie.C.de dona.inter vi.ꝛ vxo.
¶ Ibi ſpeciale ꝓpter aſperitatẽ locoꝝ glo.in.c.qꝛ in inſulis de regu.
¶ Illud in arbitrarijs de quibus nõ poteſt reddi ratio glo.nota.in c.cũ in multis de reſcrip.in.vi.in.c.i.de eta.et quali.in.vi.in cle. diſpendioſam de iudi.in cle.cupientes de pe.Notat̃ in.c.ſi quãdo de reſcrip.vbi dicit Ab.ꝙ in his que ꝯſiſtunt in volũtate nõ poteſt reddi ratio ꝛ iſto caſu procedit lex nõ oĩm.ff.de legi.ergo ſequitur ꝙ ratio reddi põt in his que cõſiſtunt in ingenio vel rõe naturali
¶ Varietas delicti inducit varietatem pene pulchra glo.in.c.pre-
ſbiter.lxxxij.diſ.
¶ Una dictio exponit̃ pro alia cauſa abſurditatis vel ꝯtrarietatis euitande glo.eſt ordinaria in.l.eas cauſas.ff.de conditionibus et demonſtrationibus.
¶ Dictio imo ſtat correctiue.l.ſtichus imo Panphilus.ff.de manu miſſ.teſta.l.ſi ita ſcriptũ in ꝓn.ff.de here.inſti.c.q̃nto in ꝓn.de iure iu.c.accedẽs ꝓmo in fine vt lite nõ ꝯteſta.ꝛ iõ dixit glo.ſingu.in.c. ꝑdicator.xvi.q.i.ꝙ ſi iudex dicat ꝯdẽno imo abſoluo ſtat̃ vltĩo v̓bo



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0055-0

licet gloſator nõ fuerit memor allegare aliquot ex iſtis iurib⁹ que ſunt pulchra.Dictio imo põt exponi ꝓ et.§.quib⁹ in ꝓhemio.C.

¶ Hic verba ꝓferunt ꝯtraria in eodẽ ꝯtextu.ideo ſtat vltimo ſcꝫ in caſu dicte gloſe in.c.p̃dicator.ſecus ſi in diuerſis orõnibus ꝑ ſe ſtantib⁹.l.iudex poſtea q̃ꝫ.ff.de re iudi.l.i.C.ſentẽ.reſcin.nõ poſſe.

¶ Nos ſumus in fauorabilibus ergo iſta dictio ſeu vel dictio ſiue accipit ꝓ ꝯiuncta ⁊ auget.caſuꝫ allego nota.et ibi pulchre ꝑ Bar. in.l.ſi quis ita legauerit.ff.de au.⁊ argen.lega.

¶ Iſta dictio ex ſm ꝓpriam ſignificationẽ denotat cauſam ꝓximã l.nõ dubium.C.de legi.l.i.C.ſi ſeruus extero.l.eo tpe.ff.de pecu. ⁊ ſic in dubio nõ recedimus a ꝓpria ſignificatiõe licet qñq; impro prie denotat cauſam remotam.l.i.§.ex incendio.ff.de incen.rui. naufra.vbi exponit ex incendio id eſt ꝓpter incendiũ.

¶ Illa dictio quotiẽs reſtringit ſm ſubiectã materiã glo.eſt nota. in.c.ſua nobis de appel.

¶ Iſta dictio ſi quis ꝯprehendit vniuerſitatẽ ⁊ collegiũ.l.metũ.§. aiaduertendũ.ff.ꝙ me.cau.licet ille tex.nõ ꝓbat h ſed meli⁹ ꝓbat in.l.ergo.§.fi.ꝯiũcta.l.item ait p̃tor in p̃n.ff.ex quib⁹ cau.ma.

¶ Ualet argumentũ de cõtractibus ad vltimas volũtates vbi eſt eadem rõ.l.ſeruũ filij.§.eũ qui cirographũ.ff.de lega.i.l.qui cirographũ.ff.de lega.iij.alias nõ q2 in multis differunt.

¶ Ualet argumentũ de re ad tp̃s.l.miles ita.§.et qui addiximus. ff.de teſta.mili.valet argumentũ de ꝑſonis ad tp̃s ita arguit iuriſ cõſultus in.l.qui plures liberos in p̃n.ff.de vulga.⁊ pu.

¶ Ualet argumentũ de tpe ad locũ.l.viuũ.ff.ſi certum petat.l.in hac.ff.de triti.l.quotiẽs in diem cum.l.ſequenti.ff.de verbo obli. l.ratio.§.ſi ꝑ venditorẽ vbi Bar.in fi.ff.de acti.emp.

¶ Licitũ eſt arguere ex ordine titulorũ Bar.in.l.i.ff.de ꝯfir.tuto. vbi ꝓpter hoc ꝯcludit ꝙ cõfirmatus tutor prefert legittimo.

¶ Ualet argumentũ ab ordie rubricaꝝ qñ alio iure nõ repit diſpoſitũ ꝯtrariũ glo.eſt in.c.i.in verbo exiſtat de iuramẽ.colũ.in.vi.

¶ Uerbum oportet poſitum in hac lege importat neceſſitatẽ glo. in.c.fi.in verbo oportebit de lit.ꝯteſta.in.vi.

¶ Executor habet delegatam quia ponitur ſub ti.de delegato iſto modo argumentandi vtit gloſa in.c.ſi ſup in verbo p̃ncipalis de offi.delega.in.vi.ad idem glo.in.c.tibi qui de reſcri.in.vi.in.c.bone de ꝯfir.vti.quas allegat Ab.in.c.ſuſpitiõis de offi.dele.

¶ Qui ponit actum ꝓut eſt in patiente preſupponit eum ꝓut eſt in agente nec eſt neceſſe ꝙ exprimat vt ꝓbat tex.notabi.vbi Bar. in.l.i.ff.ꝙ me.cau.

¶ Nos ſumus in materia ꝓbationũ ergo locus a ꝯmuniter accidentibus ponderatur a iure.glo.allego notabilem in.l.neq; nata-

leſ.C.de ꝓba.in.l.cū dotē.C.de iure do. eſt pulcher tex.in quo
papa vtit̄ hoc argumento in.c.i.de cleri.nō reſiden.
¶ Fit mentio precij ergo intelligit̄ emptio ⁊ venditio glo. eſt no-
ta.in dicta.l.cū dotē.l.fi.C.de pre.curia.li.x.
¶ Ualet argumentum ab ordine littere tex.eſt pulcher.in.l.gene-
raliter.§.quid ergo .ff. de fideicō. liber. et ideo primo nominatus
cenſetur dignior glo.eſt nota.in.c.quorūdaȝ de elect.in.vi. In cle.
i.in verbo regū de Bap.
¶ A maiori arguimus negatione ꝑmiſſa ſi nō poteſt rex ergo nec
Baro.A minori arguimus premiſſa cōditionali affirmatiua vt ſi
poteſt Baro qui minor eſt ergo ⁊ rex qui maior eſt .vel procedit
argumentum a minori affirmando ſi id de quo minus videtur
ineſſe ⁊ ineſt et id de quo magis.c.ſi in laicis.xxxviij.diſ. procedit
argumentū a minori negando ſi id de quo magis videt̄ ineſſe et
nō ineſt nec id de quo minus et ꝓ his allego pulchram glo. et ibi
Bal.in.c.cū in cūctis in verbo multo fortius de elect.
¶ Potentior eſt ꝓhibitio in cauſa ꝙȝ in cauſato Auctē.multomagiſ
C.de ſacroſanct.eccle.
¶ Ex hoc ſequeret̄ abſurdum.l.nam abſurdū.ff.de ope.liber.c.cū
inter R.de excepti.c.iniuſtum de re.ꝑmu. Et ibi dicit Ab. ꝙ va-
let argumentū ab abſurdo etiam ſi autoritas nō allegatur.c.ex ore
de priui.glo.eſt in.c.dudum in verbo abſurdum de preben.in.vi.
que dixit nota bonū modū argumētandi ex ſequela abſurditatis.
¶ Nō debet hoc ſic intelligi quia ſequeretur inhumanitas quedā
vt eleganter dicit tex.in.l.furti.§.pactus.ff.de his qui notā.infa.
¶ Si adducitur textus in argumentum loquens de baptiſmo po
teſt dici ſpeciale eſſe in baptiſmo.ad hoc allego glo.in.c. nemo po
teſt plus de regu.iu.in.vi.
¶ Preponit̄ negatiua huic dictioni poteſt ideo importat neceſſi-
tatem glo.notabilis in.c.i.de regu.iu.in.vi.tex.in.c. de his de ac-
cuſa. Secus ſi affirmatiue ponat̄.l.ſepe cum.l.ſequenti.ff.de offi.
preſi.facit tex.in.l.nō quicqd.ff.de iudi.in.l.i.C.quō ⁊ qn̄ iudex.
¶ In caſu iſto verbū debȝ nō poteſt importare neceſſitatē qr reſul
taret prauꝰ intellectus vel alteriꝰ legis ꝯtradictio tex.⁊ glo.in.l.⁊
poſt edictū in ꝑn.ff.de iudi.licet ꝓprie alias importet neceſſitatem
glo.eſt nota.in cle.attendentes in verbo debeant de ſtatu regula-
riū ꝓ qua glo.eſt tex.in.l.ꝑtor in ꝑn.ff.de eden.in.l.i.§.i.ff.ꝙ quiſqȝ
iu. Exigente tn̄ ſubiecta materia qn̄qȝ importat boneſtatē tex. eſt
cum glo.notabi.in.c.i.de deſpon.impube.
¶ Fateor ꝙ verbū debȝ ꝑpoſita negatiua importat neceſſitatē.l.nō
debet de regu.iu.l.nō debet.ff.de do.ſed hic reſultaret iuris ꝯtra-
rietas ergo exponit̄ nō debet ex vrbanitate vel boneſtate .l. ſolet.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0057-1

§.ſicut.ff.de offi.ꝓconſu.
¶ Ibi dicit᷑ facere ꝯſueuit qꝛ tunc requirit᷑ ſinꝰ actus nos aũt ſu-
mus in caſu in quo dictũ eſt ita ſolitũ fieri qđ verificat᷑ in vna vi-
ce tex.eſt nota.in.l.mella.§.i.vbi per Bar.ff.de alimẽ.et aba.lega.
quẽ tex.allegat etiã Bar.ad hoc in.l.i.C.quõ ꝛ qñ iudex.et addo
tex.in.l.qui ſaltũ.ff.de lega.iij.vbi verbũ ſolet denotat perpetuita
tem nam dũ ibi dicit᷑ eſſe ſolent intelligit᷑ ꝑpetuo nõ ad tempus.
¶ Aliud eſt ꝙ princeps dicat mandamꝰ vt cognoſcas aliud qđ di
cat ꝓcipimus vł iubemꝰ ꝑmo em̃ caſu poteſt alij delegare ſcđo nõ
glo.eſt nota.et ibi ꝑ Bar.in.l.ſepe.ff.de offi.preſi.ꝛ ſi ꝯmittit᷑ cauſa
ꝑ verbũ precipio in materia in q̃ iudex poterat ꝓcedere vt ordina
rius efficit᷑ delegatus.quia ꝯmiſſio fit alio mõ q̃ȝ ineſſet cũ ex hoc
nõ poſſet delegare glo.eſt nota.in.c.cũ aliquibus de reſcrip.in.vi.
In.c.hij qui de ꝓben.in.vi.in.c.licet de offi.ordina.
¶ Iſta lex allegata ẽ ſublata ꝑ papã q̃ p̃t tollere legẽ ciuilẽ in his i
quibꝫ v̈tit᷑ ꝑiculũ aĩe.c.nouit de iudi.c.vltio de p̃ſcrip.c.vltio ꝛ pe
nul.de ſecũ.nup.glo.ẽ ordiaria in regł'a poſſeſſor de regu.iu.in.vi.
¶ Iura allegata ꝑ te loquunt᷑ in ſubſtantialibꝫ.l.cũ hij.§.ſi pretor.
ff.de tranſactionibꝫ nos aũt loquimur in nõ ſubſtantialibꝫ ſed le-
uibus quoꝝ omiſſio nõ vitiat.l.i.in fi.ff.de ven.inſpi.
¶ Illud ꝓcedit in pauꝑe qui debet ex cõtractu qꝛ ſufficit ꝙ cedat
bonis.l.i.C.qui bo.cede.po.Inops aũt qui debet ex maleſitio ca-
ſtigat᷑ verberibꝫ glo.eſt in regu.peccatũ de regu.iu.in.vi.
¶ Illud ꝓcedit in venia culpe que nõ dat᷑ nõ correcto nos aũt lo-
quimur in venia pene que dat᷑ ex cauſa nõ correcto.c.deniq̃ȝ.iiij
diſ.c.vt cõſtituerent᷑.l.di.
¶ Si adducit᷑ tex.in argumentũ loquens de matrimonio põt dici
illud eſſe ob fauorẽ matrimonij tex.eſt in.c.fi.de condi.appo.glo.
nota.in.c.i.in verbo ſeruet᷑ vt li.nõ ꝯteſta.
¶ Illud in ꝑuilegio indetermiate ꝯceſſo quia ſequit᷑ ꝑſonã p̃ſciſe
ſecus ſi determiate eſt ꝯceſſum.c.ex tuaꝝ de aucto.ꝛ vſu pal.
¶ Penituit ꝛ ideo vlteriꝰ nõ dr̄ malus ꝛ ſic tua regł'a nõ ꝓcedit.c.
ferrũ.l.di.c.ſcđo de ꝯſecra.diſ.iiij.q̃ regł'a ſemel malus intelligit᷑ i
eodẽ gñe mali Bar.in.l.caſſiꝰ.ff.de ſenato.Bal.i.l.fi.ff.de here.iſti.
¶ Priuilegiũ ex poſtfacto incipit eſſe nociuũ ğ reuocari debꝫ.c.ſug
geſtũ de decimis ſed illud intelligit᷑ ꝓpoſita querela coraȝ ꝑncipe
ꝓpria aũt auctoritate nõ poteſt aliquis cõtrauenire glo.fi.in.dicto
c.ſuggeſtũ.in c.decet de regu.iu.in.vi.
¶ Hoc nõ ꝓcedit qñ alio iure tollit᷑ alterius iuris bñfitiũ.c.i.de
vo.in.vi.c.ꝓpoſuit.c.ſua nob de appel.l.i.C.ne lice.tertio ꝓuoca.ꝛ
ſic tũc nõ ꝓcedit regula indultũ de regu.iu.in.vi.que etiã nõ ꝓce
dit qñ duo indulta ꝓuiderẽt diuerſis qꝛ tũc tenendũ eſt qđ eſt po
ſteriꝰ tex.eſt multũ ſingu:in.l.veꝝ in fine cũ.l.ſequẽti.ff.de mi.ori.

¶ Subſequente nouo ꝯſenſu tacito vel expſſo pōt cōualeſcere qḋ ab initio nō valuit ita ꝙ regula nō firmatur intelligiꝛ tractu tpis ſolo glo. in dicta regula nō firmaꝛ in. l. qḋ in initio. ff. de regu. iu.

¶ Si adduciꝛ tex. in argumentū loquens de milite pōt dicere ibi eſſe ſpeciale fauore militie glo. eſt in. l. penul. ff. de regu. iu.

¶ Jura que dicunt ꝙ nō poſſum habere ratū nō geſtū noīe meo vt in regula iuris in. vi. c. cū quis de ſen. ex. in. vi. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de nego. geſt. nō ꝓcedunt in ſui p̄iuditiū quia ſemꝑ pōt quis habere ratū nō ſuo nomīe geſtū glo. eſt in dicta regula ratū quis vt in parte approbante mutuū factū filiofamilias.

¶ Regula ratihabitionē vt ꝓcedat requiriꝛ vt fiat re integra et in eodem ſtatu tex. eſt qui deberet ſcribi litteris aureis ſm Bar. ibi in. l. bonoꝝ. ff. rem ra. habe. et ideo ille qui apprehēdit poſſeſſionez noīe meo oportet ꝙ poſſideat tꝑe ratihabitiōis. dictū eſt Jnno. et Antho. de Bu. in. c. cū veniſſent de reſtitu. ſpo. ⁊ eſt pulchra doctrina Bar. in. l. ſi vxor. §. ſi quis vxorē. ff. de adulte. vbi allegat dictam legem bonorum.

¶ Regula fauorabiliores. ff. de regu. iu. nō ꝓcedit vbi vna ꝓbatio ſit fauorabilior altera q꞉ illa p̄ualet glo. in regula cū ſint iura partiū de regu. iu. in. vi. Eſt tex. ſinglr̄a. in. l. lege iulia. ff. de manumiſſi. De quo tex. exultat Bal. in. l. cū magiſtratus. C. quādo ꝓuocare nō eſt neceſſe. vbi dixit ꝙ ꝑ illū tex. ꝙ idem fauor debeꝛ a teſtatōibus qui debeꝛ rei iudicate. Nō ꝓcedit etiā illa regula quādo iudex per motū animi ſui adheret magis teſtibus vniꝰ q̄ꝫ alterius dūmodo in actis faciat inſeri cauſam ſue adheſionis. dictū eſt nota. Bal. in dicta. l. cū magiſtratus facit quod notat Bar. in. l. lucius. ff. de his que notan. infa.

¶ Regula in iudicijs nō eſt exceptio ꝑſonarum nō ꝓcedit quo ad teſtes ſed ſolum quo ad actorem ⁊ reum glo. eſt ſinglr̄is in cle. i. in verbo iuri de teſti.

¶ Fateor ꝙ ruſtici excuſanꝛ in quibuſdā caſibus ab ignorantia iuris ſed iſtud nō ꝓcedit in ruſticis q̇ eſſent ſagaces ⁊ malitioſi glo. eſt ſinglr̄is in. l. atletas. §. de ruſticis. ff. de excu. tuto. Jtem nō ꝓcedit vbi actus fieret clam. quia tunc ruſticitas nō excuſat glo. eſt nota. in. l. i. C. de interdic. ma.

¶ Regula odia ꝓcedit qn̄ cōſtat maleſitium eſſe ꝯmiſſum q꞉ tunc fit ampliatio ne delictū remaneat impunitū ꝯtra publicam vtilitatem cū in puniendis maleficijs verſeꝛ fauor publicus. c. vt fame de ſen. excō. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquileā vt eſt tex. nota. in. l. ij. §. exercitū. ff. de his qui no. infa. Secus vbi qualitas criminis eſſet incerta vel caſus eſſet dubius quia tūc fit reſtrictio ꝑ illaȝ reglr̄am vl' tractaretur de diuerſis penis imponendis. quia tūc eligeretur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0059-6

mitioꝛ.l.interpꝛetatiõe.l.ſi pꝛeſes.ff.de pe.

¶ Nõ ꝓcedit regula decet cõceſſum qñ priuilegiũ pꝛincipis tranſiuiſſet in contractũ quia tunc reuocari nõ poſſet et ligaret etiam ſucceſſoꝛem vt notaẗ in.c.i.de ꝓba.⁊ ibi ꝑ doct.per Cy.⁊ Bal.in.l.digna vox.C.de legi.Licet pꝛinceps ſine aliqua cauſa poſſit reuocare priuilegiũ vt in dicta regula cum glo.ſua ⁊ eſt glo.pulchꝛa in cle.dudum in verbo inſtante de ſepul.

¶ Regula nõ firmaẗ tractu tpis ꝓcedit qñ cõſtat de initio nõ ſubſiſtente de iure alias aũt ſi de hoc nõ ↄſtaret qꝛ factũ memoꝛiã exceſſiſſꝫ tũc ſecus eſſet.l.hoc iure.§.ductus aq̃.ff.de aq̃ quoti.⁊ eſti.

¶ Regula nõ eſt ſine culpa nõ ꝓcedit in offitio ꝙ debet homo hoĩ quia ſm legem nature homo debet hoĩ ſeruitiũ ⁊ ideo iſta regula nõ poteſt adduci ↄtra ti.de negocijs geſtis glo.eſt in dicta regula.

¶ Poteſt allegari ſpeciale ꝓpter bonĩs ſanitatem gloſa eſt in regula qđ ſemel de regu.iu.in.vi.

¶ Poteſt dici ſpeciale ꝓpter odium crimĩs vt leſe maieſtatis ⁊ hereſis glo.eſt in.c.nõ debet aliquis de regu.iu.in.vi.

¶ Lex quotiens.§.qui dolo.ff.de ꝓba.ꝙ dolus nõ pꝛeſumaẗ ſed ꝓbari debeat nõ ꝓcedit in actibus qui ſunt de genere ꝓhibitoꝛũ vt notabiliter ꝓbaẗ in.l.i.C.de ſicca.in.c.i.de pꝛeſump.

¶ Licet tex.dicat omnium veſtrum debet ſubaudiri vel maioꝛis partis per.l.ꝙ maioꝛ.ff.ad muni.tex.eſt cum glo.in.c.cũ olim in fi.de re iudi.glo.in.c.qđ om̃es tangit de regu.iu.in.vi.⁊ illi noſtri moderni qui allegant glo.in.c.vbi periculũ.§.idẽ quoqꝫ de elect.in.vi.nõ viderunt has duas gloſas dicta lex ꝙ maioꝛ nõ procedit vbi tractatur de refoꝛmatiõe alicuius offitialis quia licet in electione ſufficiat maioꝛ pars tamẽ in refoꝛmatione requiriẗ conſenſus oĩm.textus eſt aureus ⁊ ſingularis in Auctẽ.de defenſo.ciui.§.et quidem in ver.nullo reluctante ſm Roma.in ſingularibus ſuis et ſm Ludowi.in Rubꝛi.de arbi.in.xvi.colũ.quẽ etiam tex.allegat Bar.in dicta.l.ꝙ maioꝛ.

¶ Poteſt dici ſpeciale fauoꝛe liberationis.l.ſi plures.l.ſi maioꝛeꝫ ff.de pact.

¶ Debet ſubaudiri ad iura q̃ dicũt ꝙ qui certus eſt certioꝛari non debet vt in regu.iurꝫ ⁊ in.l.i.in fi.ff.de acti emp.vel eſſe debet naꝫ nõ eſt neceſſarium ſinguloꝛũ auribus intimari quod eſt publice ꝓmulgatum.c.qđ dicitis.xvi.diſ.c.i.de poſtu.pꝛela.

¶ Regula generi per ſpeciem nõ procedit quotienſcunqꝫ ꝑ genus pꝛimo eſſet creatũ ius qđ ab eo inito euelli nõ poſſet tunc ſpecies nõ derogat tali generi tex.eſt notabi.in.l.ſi generaliter.C.qui potio.in pug.habe.vbi de illo cui om̃ia bona fuerunt generaliter obligata et poſtea alteri aliqua in ſpecie.

¶ Poteſt ſolui id facit forma mandati que exacta diligentia ſeruā-
da eſt.c.cui de nō ſacerdotali de preben.in.vi.l.diligenter.ff.man.

¶ Qñ eſt diuerſitas in ſpeciebꝫ tūc plus nō ꝯtinet in ſe minꝰ vnde
ſi cōcedit᷑ alicui merū imperiū nō videt᷑ ꝯceſſa cognitio ciuilium
cauſaꝝ licꝫ minꝰ ſit imo potiꝰ denegata cū ille ſint ſpecies diſtin
cte.l.ſolemus.§.latrūculator.ff.de iudi.l.maritus.C.de ꝓcura.

¶ Regula ꝙ ꝓ poſſeſſore habet᷑ qui dolo deſijt poſſidere.l.qui do-
lo eſt parē.ff.de regu.iu.intelligit᷑ ꝗ̈ ad ſui damnū nō autēꝫ quo ad
ꝯmodum vnde eidem nō cauet᷑ licet caueat᷑ poſſeſſori.l.hec ſi res
l.is qui dolo.ff.de rei ven.ſm Di.

¶ Regula vtile ꝑ inutile procedit in ſeparabilibus ⁊ diuiduis vt
in pecunia ſecus in indiuiduis ⁊ in inſeꝑabilibus glo.eſt in.l.pe-
cunie.ff.de vſu.Bar.in.l.grece.§.illud.ff.de fideiuſſo.⁊ dicit᷑ indi-
uiduū ratiōe voluntatis ꝯtrahentiū vt in.l.pedius.ff.de arbi.⁊ ra
tiōe forme vt in dicto.§.illud et alijs modis vt ibi ꝑ Bar.

¶ Probibito antecedenti videt᷑ ꝓhibitū ꝯſequens ex quadā inter
pretatiōe extenſiua regula cū quid ꝓhibet᷑ in.vi.c.deniqꝫ.liij.diſ.l.
fi.C.de reꝝ.alie.nō alie.ſic ⁊ ꝓhibito ꝯſequenti videt᷑ ꝓhibitū ante
cedens ꝑ quod ꝑuenit᷑ ad illud ex eadē interpretatōe.l.oratio.ff.de
ſpō.hoc aūt ꝓcedit notabiliter in ꝓhibitiōe ꝑpetua ſecus in tꝑali
tex.eſt nota.in.l.ſi quis officiū.ff.de ritu.nup.ſm Dinū.

¶ Licet glo.ordinaria in regula imputari de regu.iu.in.vi.volue
rit ꝙ quis tenet᷑ de caſu qñ ſua culpa incidit in caſum hoc ꝓcedit
qñ talis culpa erat veriſilr ordinata ad illū caſuꝫ alias ſi culpa nō
eſſet veriſilr ordinata ad caſuꝫ nūꝗ̈ tenet᷑ quis de caſu licꝫ culpa
p̄cedat caſum vt eſt tex.nota.in.l.nō om̄e.ff.de ſta.libe.

¶ Poteſt dici illud ibi eſſe ſpeciale ꝓpter ꝑiculū aīe.c.debitores.c.
cū ꝯtingat de iureiu.c.licet de iureiu.in.vi.

¶ Verbum ꝯgruit importat neceſſitatem.l.ꝯgruit.ff.de offi.preſi.
regu.acceſſoriū de regu.iu.in.vi.

¶ Illud qđ dr̄ extincto p̄ncipali intelligit᷑ extinctū acceſſoriū ꝑ ea
que notant᷑ in dicta regl'a acceſſoriū.nō ꝓcedit qñ acceſſoriū eſſet
p̄cioſius ⁊ nobiliꝰ ipo p̄ncipali qꝛ extincto p̄ncipali nūꝗ̈ extinguit᷑
acceſſoriū glo.eſt ſingu.in.l.ij.ff.de pecu.lega.Sꝫ illa glo.allegat ꝓ
ſe vnū tex.ꝗ facit ꝯtra eā in.l.⁊ ſi nō ſint.§.ꝑueniamꝰ.ff.de au.⁊ ar
gen.lega.vbi nō inſpicit᷑ p̄cioſitas qñ eſt certū ꝙ ſit acceſſoriū.

¶ Poteſt dici ibi eſſe ſpeciale fauore pupilli tex.eſt multū ſingula
ris in.l.cū oſtendimꝰ.§.fi.ff.de fideiu.tuto.

¶ Hoc non procedit in actibus collegialibus ſeu capittularibus.
quia etiam in damnoſis et oneroſis quis videtur conſentire ſi nō
ꝯtradicat et ligatur eodem peccato cum alijs qui exp̄ſſe ꝯſenſerūt
dictum eſt ſingulare Inno.in.c.i.de his que fi.a ma.per capittu.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0061-3

Quod dictū Ab. in multis locis extollit ad celum in .c. veniēs de
Sy. in.c. gratū de poſtu. prela. in .c. aduerſus de immu. eccle. in.c.
veſtra de loca. in.c. ꝯtinebatꝛ de his que fi. a prela. In.c. quia ꝓpter
de elect. in.c. cōſuluit de appel. Et ſinglarem limitationem poſuit
in.c. in cauſis de electi.

¶ Poteſt dici ibi eſſe speciale fauore dotis tex. eſt ſinglaris in.l. cū
his. §. ſi mulier. ff. de ꝯdi. inde facit tex. in.l. in ambiguis. ff. de iure
do. iij.l. in ambiguis. ff. de regu. iu.

¶ Regula preſumitꝛ ignorantia nō ꝓcedit in his que publice fiunt
vt eſt glo. ibi que etiā dicit ꝙ nō ꝓcedit in his que quis tenetꝛ ſcire
Item nō ꝓcedit quādo preceſſit ꝓclama. c. fi. qui ma. accu. poſſunt
Itē nō ꝓcedit in his de quibus eſt publica vox ⁊ fama. Bar. in.l.
cū quidā. §. qđ dicitꝛ. et in.l. his poteſt. ff. de acqui. here. Item nō ꝓ
cedit in his que ad domū denūciata ſunt glo. eſt ſingu. in.l. ſi tutor
C. de peri. tuto. Item nō ꝓcedit in vicinis. c. quoſdam .c. quanto
de pſūp. Nec in ꝯſanguineis .l. de tutela . C. de in integ. reſti. mi.
qđ tñ intellige ꝓut fuit ſupra declaratū in vna reſponſione. Item
nō ꝓcedit in domeſticis vt notatꝛ in.l. ꝯſenſu. C. de repu. Item nō
ꝓcedit in factis ꝓprijs que quilibet ſcire pſumitꝛ. l. quāq̄. ff. ad vel
li.l. fi. ff. ꝓ ſuo. niſi eſſent multū intricata vt notatꝛ in .l. cū fideicō.
ff. de con. in.l. emptor. §. lucius. ff. de pact. vel niſi eſſent multū an-
tiqua. l. ꝑegri. in pn. ff. de acqui. poſſe. Scđm Bar. in.l. ſi quis dele
gauerit. ff. de no. qđ tamē intelligitꝛ qñ tractatꝛ de damno ſecus ſi
de lucro quia imputandū eſt quare non rememorauit. pulchra eſt
doctrina Bar. in.l. qui fundū. §. ſeruus meus. ff. pro emp. Et dum
dictū eſt ſupra ꝙ quis pſumitur ſcire illud de quo eſt publica vox
⁊ fama nō ꝓcedit in illo qui eſt infirmus. dictū eſt ſingulare Bar.
in dicta. l. his poteſt. ff. de acqui. here.

¶ Regula ꝙ edifitiū cedit ſolo. §. cū in ſuo inſti. de re. diui. nō ꝓce-
dit ſi de pecunia eccleſie fieret edifitiū in re alterius tūc ſolum ce
dit edifitio glo. allego ſingularem in.c. apoſtolicos. xij. q. ij. ex idem
voluit Bal. in.l. in tm̄. ff. de re. diui.

¶ Procedunt iura loquentia de libertate in relictꝫ ad pias cauſas
doctrina eſt Bar. in.l. ſi vnus. C. de teſta. in.l. ꝓxime. ff. de his que
in teſta. delen. et ꝙ diſpoſitio libertatis ſit diſpoſitio ad piam cau-
ſam eſt optimus tex. in.l. i. §. fi. in verbo rōe pietatis . C. de ꝯmuni
ſer. ma. et ibi per Bar. et per eundem in.l. ij. ⁊ in.l. penul. C. de fi-
deicō. lib. ⁊ in.l. ſi mr̄. C. de teſta. manu.

¶ Cū pene ſint odioſe nō habent locū niſi in caſibus a iure expſſis
tex. eſt nota. in.l. ſed ⁊ ſi quis. §. diuus. ff. de religio.

¶ Ubi ꝓhibitū a lege ſapit in ſe delictū ea ipo ꝙ lex vetat etiā pu-
nit. ⁊ ſic habebit locū pena arbitraria glo. allego ſingu. in .l. nemo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0062-9

martires.C.de ſacroſanct.eccle.Et in terminis queſtionis illius
gloſe allego bonū tex.in.l.i.C.de ſepul.vio.et ibi ꝑ Salice.Et ge-
neraliter allego pulchrū tex.quē ibi Bal.ponderat in.l.i.§.qui ad
uerſus.ff.de poſtu.qui allegat dictā glo.Allego etiā glo.ꝯmuniter
nō allegatam in cle.ij.in fi.de vi.⁊ hone.cle.
¶ Ibi ſunt verba futuri tꝑis vt priuent̄ ergo intelligimꝰ ꝑ ſenten
tiā ergo nō ipõ iure glo.eſt in regu.in penis de regu.iu.in.vi.in.l.
in crimiali.C.de iuriſ.oī.iu.ꝑ Bar.i.l.iubemꝰ.§.ſane.C.de ſacro.
eccle.in.l.imꝑator.ff.de iure fiſ.⁊ habet̄ in.c.ſi diligēti de fo.ꝯpe.
¶ Hoc nō ꝓcedit ſi eſſent verba ipõ iure vel eo ipõ glo.eſt in dicta
regu.in penis eſt tex.iuncta glo.in cle.ne in agro in ꝟbo ipõ facto
de ſta.mona.et idē ſi eſſet dictio mox vel cōfeſtim vel mōis oīibꝫ
vt in Auctē.vt defuncti ſeu eoꝝ funera.et ibi ꝑ Ange.⁊ in Auctē.
vt ſine ꝓhibitiōe matres debitrices ꝑ hec verba excōicatus ſit in-
telligit̄ ipõ iure tex.et Ab.in.c.a nobis de ſen.excōi.glo.in dicta.l.
in crimiali ⁊ eſt pulchra glo.in.c.quicūqꝫ in verbo innodet̄ de he
re.in.vi.verbum ſubiaceat eſt canō late ſententie glo.in.c.clericis
ne cle.vel mo.In.c.i.de iniu.⁊ dam.da.in.vi.Et tñ eſt futuri tꝑis
⁊ ratio eſt ſm Ab.in dicto.c.clericis.quia tale verbū denotat exe-
cutionē actus Secus vbi verbū futuri tꝑis denotat actus exerci
tium ſeu facti miniſteriū tūc ſuccedit doctrīa ꝯmunis ꝙ requirit̄
ſententia homīs ⁊ vbi ſunt verba importantia penā ⁊ nō reſpiciūt
actū iuditialem vt cadat a iure ſuo.non eñ requirit̄ aliq̄ ſententia
hoīs ſm Bal.in.l.ij.C.de iure emphi.et Ab.in dicto.c.ſi diligenti
Bar.aūt tenet ꝯtrariū in Auctē.qui ſemel in fi.C.quō ⁊ qñ iu.de
verbo penitus eſt glo.ſinglar̄ in.l.ſi qui aduocatoꝝ.C.de poſtu.
ꝙ ipõ iure de verbo oīno eſt glo.ſingularis in.l.i.§.ſi pecuniam.ff.
de po.de verbo careat eſt glo.ſingularis in.l.ꝓuidendū.C.de po-
ſtulando ꝙ ipõ iure de qua nō fuit memor Ab.in.c.nihil de elect.
⁊ pena impoſita ꝑ verba pñtis tꝑis intelligit̄ ipõ iure vt damna-
mus Auctē.gazaros.C.de hereti.Bar.in dicta Auctē.qui ſemel in
fi.Iſte dictiōes caſſū ⁊ inutile ſignificant ipſo iure tex.nota.et ibi
ꝑ Bal.in.l.nō dubiū.C.de legi.Iſta duo verba ſimul iūcta caſſen
tur ⁊ irritent̄ intelligunt̄ ipõ iure Bal.nota.ꝑ illū textū in ti.de
pa.ꝯſtan.in verbo caſſent̄ ⁊ ſi dicat̄ ꝓhibemus ſub pena excōmu
nicatiōis eſt glo.in.c.i.de locato que tenuit ꝙ ſit canō late ſentētie
ꝯmuniter reprobat̄ qꝛ glo.tenet ꝯtrariū in.c.ſicut tuis de Simo.
in.c.i.de ſagitta.in.c.i.de eo qui fur.ordi.ſuſte.In.c.i.de Biga.in
vi.In.c.cū eſſes de teſta.in.c.cū eccleſie de immuni.eccle.in.c.nō
ſolū de regula.in.vi.in.c.ſalonitane.lxiij.diſ.Sed doct.in dicto.c.
i.de ſagitta.dicūt hoc nō ꝓcedere qñ ſupꝛior ꝑmiſit cauſe cognitiōꝫ
vel cum ſollēnitate ꝓtulit iſta verba vt accenſis candelis ⁊ poſtea

extinctis Sed indiſtincete vbi ꝓferunt a lege nō ſunt late ſenten-
cie ſm eos ⁊ dū dictū eſt ſupra de verbo ſit dicas hoc verū niſi ali
ter in iure ſit expſſum.c.ij.cū ibi notat; de fo.cōpe.

¶ Expedit habere regulā iuris ꝓ ſe q2 nō credit dicenti aliqd eſſe
ſpecialiter exceptū a regula niſi h̄ doceat apte ꝑ caſuʒ legis glo.eſt
nota.in Rubri.de regu.iu.in.vi.ad idē glo.in.l.ois diffinitio.ff.de
regu.iu.q̄ dixit ꝙ allegans ſtat firmꝰ regl'e ſic Bononieñ charotio.

¶ Poteſt dici ſpeciale fauore alimētoꝝ.l.cū hij.ff.de tranſacti.vbi
nō valet tranſactio facta ſuꝑ aliment; futuris ſine p̄tore et eſt tex.
in.l.mella in prin.in v̄bo pietat; intuitu.ff.de alimē.⁊ ciba.lega.et
ideo fauore alimentoꝝ pubtas in maſculo durat vſq3 ad decimū-
octauū annū.Jn femia ad quartūdecimū tex.ſingularis in dicta
l.mella.et ideo ꝑ clauſulam generalē que minuit legata legatū ali
mentoꝝ nō minuit tex.eſt ſingularis in.l.libert;.§.poſtumis.ff.de
alimē.lega.quem tex.extendit Roma.ad lega.ad pias cauſas.Jn
Auctē.ſimiliter.C.ad le.fal.et ideo etiā preſtatio triennalis facit
vt alimenta etiā in futuꝝ debeant ex inutili volūtate tex.eſt ſingu
laris ſm Bar.ibi in.l.i.C.de fideicō.

¶ Calūnioſum eſt trahere legem odioſam ad caſum nō oīno ſibi
ſil'em tex.eſt nota.in.l.fi.in fi.C.de inter.matri.

¶ Nos loquimur vbi requiritur exaiatio ꝑſone quia tunc nō ad-
mittit procurator tex.eſt nota.in.l.ij.C.de his qui veniam etatis
impetrauerūt ꝑ quē dicit ibi Bal.ꝙ omēs examinādi ⁊ ꝓmouēdi
in curia qui exaiant de litteratura cōſtructiōe ⁊ cantu nō poterūt
cōparere ꝑ procuratorem.

¶ Unū ius intelligit ꝑ aliud vt ꝓbatur in.l.ſciendū.ff.qui ſatiſda.
cogā.iuncta Auctē.offeratur.C.de liti.ↄte.

¶ Si adducit tex.loquens de ordinario pōt dici nos loquimur in
delegato qui poſtq̄ mandauit ſententia executiōi eſt functus ſuo
offitio.c.in lr̄is de offi.dele.⁊ exſpirat eius iuriſdictio.

¶ Si adducit tex.loquens de p̄uilegio rn̄deat nos loquimur de
iure cōi.vij.q.i.c.petiſti.iij.diſ.c.p̄uilegia.c.q2 in inſul' de regu.

¶ Si adducit tex.loquens de p̄uilegio ꝑſonali dicat nos loqmur
de reali.c.abbate de verbo.ſignifi.c.penul.de inſtitu.

¶ Si adducit tex.loquēs de ſcandalo rn̄deat hic nō timemꝰ ſcan
dalū.c.latores de cleri.excō.c.vt ↄſtitueret.l.di.

¶ Si adducit tex.in quo q̄s plus deliquit dicat nos ſumꝰ in caſu
vbi quis ſemel deliquit.l.nemo in fi.C.de epiſco.audiē.Deterior
em̄ eſt ↄditio pluries delinquēt; glo.in.§.fi.in Auctē.de litigi.glo.
in.l.ſeruos.C.ad le.iuli.de vi.publi.q̄ dixit nota plus p̄uiri ſepiꝰ
delinquentē facit tex.in.l.iij.§.ſi plures in.l.nō oēs.§.q̄ deſertiori
ff.de re mili.in.c.capitalium.§.craſſatores ⁊.§.famoſos.ff.de pe.

¶ Si tex. adducaꝛ loquēs de ꝯparatiua ꝑmiſſione dicaꝛ nos de iure c. ij. de ſpon. et qḋ notat glo. in. c. inter opa de ſpon.
¶ Si adducaꝛ tex. de fo. aie dicaꝛ nos in iuditio. c. inquiſitioni de ſen. excōi. c. tua de ſpon.
¶ Dicaꝛ etiā ꝙ textus inductus loquiꝛ qn̄ ſtatutū fuit aliqd ꝓpter neceſſitatē que nūc ceſſat. c. in cūctis in ṗn. de elect.
¶ Dicaꝛ etiā illud fuit ſtatutū ex cauſa que nūc ceſſat ideo ceſſare debet ꝯſtitutio. c. ꝛ ſi chriſtus de iureiu. c. poſt tranſlatiōꝫ de renū. qḋ tn̄ intelligiꝛ in cauſa finali nō impulſiua exemplū de finali qn̄ ꝯſtitutio eſt inducta in fauore vt in fauorem ꝯdemnati eſt ſtatutū qḋ poſſit a grauamie appellare ꝛ ſic eſt cauſa finalis ceſſante grauamie ceſſat ius. c. cū ceſſante de appel. de cauſa impulſina habeꝛ in. l. i. §. ceſſum. ff. de poſtu. Cū in odiū alicuius aliquid ſtatuiꝛ vt ꝓpter garrulitatem calphurnie ſtatutū eſt ne mulieres poſtulent Ceſſante cauſa nō ceſſat ꝯſtitutio.
¶ Poteſt etiā dici illud ſm canones hic ſm leges. c. i. x. diſ. c. ſuper queſtionū. §. intentionis de offi. dele.
¶ Dicaꝛ etiā illud ſtatutū fuit ꝓpter magnā importunitatē petentium hic ꝓprio motu ꝛ deliberate. c. cū in iuuentute de pur. cano. c. ſi qn̄ de reſcrip. l. i. C. de peti. bono. ſubla. li. x.
¶ Poteſt etiam dici ꝙ dictio in poniꝛ ꝓ valde. c. i. de fideiuſſoribꝰ l. gallus. §. ille caſus. ff. de libe. ꝛ poſtu.
¶ Pōt etiā dici ꝙ ponaꝛ ꝓ ſine. c. ij. de ꝯſtitu. in. vi. in ꝟbo impune.
¶ Poteſt etiā dici ꝙ ponaꝛ ꝓ dictiōe male In Auctē. de iudi. §. qꝛ vero ibi incautū id eſt male cautum.
¶ Qn̄qꝫ iſta dictio in poniꝛ ꝓ nō. c. ſi papa. xl. diſ. ibi. l innūerabiles Ad idem tex. in. §. ex hoc iure inſti. de iu. natura. inſti. de re. corpo. in ṗncipio. in. l. fi. C. de ſer. fugi. c. romani. §. fi. de ſen. ex. in. vi. in verbo innoxios.
¶ Si videnꝛ ꝙ iura ꝯtradicāt pt̄ dici licet ꝯtradicāt quo ad ſupficiē ꝛ corticē nō tn̄ q̄ ad medullā ſeu corticē mentꝭ. i. q. i. c. marchion
¶ Poteſt dici ꝙ illud eſt ꝯminatio que nō habet vim ſententie. C. cōmi. vel epi. per totum.
¶ Dicatur etiā illud eſt canon late ſententie. c. ſi qs ſuadente. xvij. q. iiij. hic ferende. xxx. diſ. per totum.
¶ Poteſt etiā dici ꝙ debet ibi ſuppleri dictio maxie vel dictio tantum. c. aduerſario de excepti. c. cariſſimus de ꝯuerſa. ꝯiu. vel preſertim ꝓ tantū. c. diſcretiōꝫ de eo qui cog. ꝯſang. vxo.
¶ Dicaꝛ etiā iſtḋ efficatioribꝫ rōibꝫ fulciꝛ q̄ȝ illḋ. c. ſborta de re iudi.
¶ Poteſt etiā dici illud obſcure loquiꝛ hoc clare. c. erit. iiij. diſ.
¶ Illud loquiꝛ indiſtincte hic cū diſtinctōe. c. appellamꝰ de fe.
¶ Illud loquiꝛ in tali caſu h' in tali. c. cū aplica de his q̄ fi. a pla.

¶ Dicat̃ etiã illud ſm ↄſuetudinẽ vnius eccleſie hoc ſm ↄſuetudi
nem alterius.c.cũ ſint de deci.c.certificari de ſepu.

¶ Iſtud eſt generale hoc ſpeciale.c.i.c.paſtoral' de reſcrip.l.in toto
ff.de regu.iu.

¶ Poteſt dici q̃ eſt ſpeciale in fiſco.l.ſilue.ff.ad munici.qđ tñ intel
lige qñ ponit ius ſingulare in fiſco vt ibi.

¶ Licet lex vtat̃ dictione taxatiua tñ nõ excludunt̃ alij caſus in
alijs legib⁹ poſiti glo.in.l.obes.C.de p̃di.mio.in.l.ſerui noie.ff.de
vſuca.in.l.cũ notiſſimi in p̃ncipio.C.de p̃ſcrip.xxx.anno.

¶ Tale verbum ibi poſitum ſic intelligitur .c. inter corporalia.§.
ſed neq; de tranſla.prela.

¶ Illud nõ refertur ad proxime dicta ſed ad ſequentia .c.officij de
teſta.c.i.de cõiu.lepro.

¶ Illud de exceptiõe dilatoria h̃ ꝑemptoria.c.paſtoral' de excepti.

¶ Illud in cauſa criminali hoc in ciuili.c.tue de procu.

¶ Illud ius nõ excludit h̃.c.cũ tu de teſti.c.ꝑiculoſe de peni.diſ.i.

¶ Illud de diſpenſatiõe h̃ de rigore.c.qđ delicto de ↄſang.⁊ affini.

¶ Dictio illa ꝓprie ⁊ improprie ponit̃.l.ij.⁊ ibi glo.ff.de offi.procõ.
in.l.fi.C.de ſer.fugi.in.l.certi ↄditio in p̃ncipio.ff.ſi cer.peta.inſti.
de vſuca.in p̃n.inſti.ad legem falci.in fi.

¶ Et generaliter om̃e contrarium ſolues ſi attendes que his ver
ſibus cõtinentur.

¶ Cauſa locus tẽpus ꝑſona rigor nouitaſq;.Antiquũ bonitas ve-
to ↄſulo p̃cipioq;.His ſi iungat̃ ꝑmiſſio ius variatur. Que in pri
mo verſu ↄtinent̃ quaſi oĩa ꝓbantur.xxix.diſ.c.i.ij.et.iij.Cauſa in
neophito.xlviij.diſ.c.i.et.ij.Locus vt in orientalib⁹.xxxi.diſ.c.ali-
ter.c.qm̃ et.c.nicena.Tempus vt in vxoribus p̃triarcharũ.xxxij.q.
iiij.c.obijciunt̃.c.gaudem⁹. de diuor. Perſona vt in ambrioſo neo
phito electo.lxiij.diſ.c.valẽtinianus et pro hoc etiã tex.ſingularis
in.l.ſed ⁊ reprobari.§.valde tamẽ.ff.de excu.tuto.⁊ tex.ſingularis
in.l.ad beſtias.ff.de pe. Rigor vt presbiter poſt lapſum deponat̃
lxxxij. diſ.c. presbr̃.l.di.c.i.et.ij. Nouitas .c. fi.de diuor.c.fi.qui filii
ſint legitti.Antiquũ.l.qua in ꝓuintia alias incipit Diu⁹ .ff. de ri.
nup. Bonitas vt in hereticis.i.q.vij. cõuenientibus.Veto.xiiij.q.
i.quiſquis vt de vxore nõ dimittenda excepta cauſa fornicationis
xxxij.q.i.c.dixit Conſulo.xxiij.q.i.§.i.in p̃ncipio ibi ſed ſi q̃s te per
cuſſit in maxilla ⁊c̃. Precipio diliges dominũ deum tuum .iij.diſ.
oĩs in fi.xxvi.q.v.nec mirũ in fi.Permiſſio vt in his qui continere
nequeunt.xxviij.diſ.in.c.de his.

¶ Eſt notandũ q̃ cõtraria ſunt vtilia in iure quia ex diſtinctiõe ta
lium ↄtrarietatũ reſultat plena cognitio materie.

¶ Poteſt ſolui ꝑ aliter ⁊ aliter ſcz aliter accipit̃ vocabulũ hic ali-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0066-1

ter ſibi vel aliter de ꝓpria ſignificatione vocabuli aliter de cōi vſu loquendi.l.librorꝝ.§.qđ tñ caſſius.ff.de lega.iij.vl' aliter de ſtricta ſignificatione aliter de benigna interꝑtatione.l.i.in p̄ncipio .ff. de ſuis ⁊ legittimis vel aliter de verbis aliter de mente .l. q̄zuis .ff. de in ius vocan.

¶ Poteſt etiā ſolui ꝯtrarium ꝑ aliud ⁊ aliud puta aliud de iure ci uili aliud de iure pretorio.l.i.ff.de ꝯiungē.cū emāci.libe. eius vel aliud de iure aliud de ꝯſuetudine.l.rem nō nouā.C.de iudi. Uel aliud in ciue aliud in ruſtico.l.fi.C.de teſta.Uel aliud in odio ali ud in fauore.l.cū quidā.ff.de libe.⁊ poſtu.et ideo in fauorabilibus appellatiōe clericorꝝ veniūt monachi ſecus in odioſis quia habēt aliam qualitatē a clericis ſecularibus Ab.in.c.i.de iura.calū. Et ideo etiā Appella.ciuis venit ille qui eſt ex origine nō ꝑ p̄uilegiū in odioſis ſecus in fauorabilibꝰ Bal.in.l.ciues. C.de appella. Et ideo etiā ſi ex aliqua diſpoſitione debet expelli aliquis de ciuitate cū filijs nō veniunt nepotes quia ſumꝰ in odioſis Bal.in.l.ticius teſta.ff.de libe.⁊ poſtu.et voluit Bar.in.l.ij.§.filius.ff.ad tartulia. Et ideo etiā in odioſis maſculinū nō ꝯcipit femininū.l.i.§.ſed in- certū.ff.de ven.in poſſeſſi.mitten. Notat Bar.in.l.ſi ita ſcriptū ſi filiabus in p̄n.ff.de lega.ij.⁊ ideo appellatio alimentorꝝ ſtricte acci pit̃ in materia odioſa ſecus in fauorabili Bar.in.l.legatꝫ in p̄n.ff. de alimē.lega.et ideo etiaꝫ dictio vſqꝫ ab homīe ꝓlata in materia odioſa ſtat excluſiue in fauorabili incluſiue.Ange.in.l.a caligato. C.de nupt. Et ideo etiā in materia ſtricta appellatione clericorꝝ nō veniūt canonici notant doct.in. c.cū tibi de verbo ſigni.et ideo etiā in materia odioſa appellatiōe oblatiōis venit ſolū illa que fit ſacerdoti in altari Ab.in.c.cauſam de verbo.ſigni. Et ideo etiam repreſalie ꝯceſſe cōtra ciuitatem nō extendunt̃ ad comitatenſes. Romanꝰ in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dā.infect. Et ideo etiā in materia fauorabili appellatiōe ſacerdotū veniūt oīes ꝯſti tuti in ſacris ordinibus Ab.in.c.ij.de coha.cle.et mu.et ideo etiam diſpoſitio odioſa ſpecifice diſponens ꝯtra epiſcopū nō debꝫ exten di ad alios ſacerdotes glo.nota.et ibi Ab.in.c.reſerēte de preben. Et ideo etiā in diſpoſitiōe odioſa vbi eſt verbū habēs plura ſigni ficata debemus intelligere in ſtrictiori Ab.in.c.ad audientiam de deci. Et ideo etiā vbi tractat̃ de odio appellatiōe cauſe ſpiritualis nō venit cauſa ſpiritualibus ānexa ſecus ſi de fauore Ab.in.c.lr̃as de iura.calū. Et facit etiam in materia qđ voluit Ab.in Rubri.de regula.in pulchra q̄ſtione in.c.i.ne cle.vel mona. In.c.nuꝑ de ſen. excōi. Et Bal.in.l.benefitiū.ff.de cōſti.p̄ncipū. Et iſte modus ſol uendi ꝑ aliud ⁊ aliud ſumit̃ ex diuerſitate principiorꝝ puta cauſe efficientꝫ materialis formal' vel finalis qꝛ variata cauſa p̄ncipali

alius ⁊ alius eſt effectus.l.hereditas matertere.C.de peti.here.

¶ Poteſt etiã ſolui per ſcdm quid ⁊ ſimpliciter vna lex dicit ꝙ manumiſſor perdit dominiũ ſerui.l.manumiſſiones.ff.de inſti. et iu. alia vocat eũ dominũ.l.talẽ.§.fi.ff. de here.inſtituẽ. Soluit̃ ſic qꝛ nõ eſt dominꝰ ſimpliciter ſed ſm quid.

¶ Põt etiã dici vł illud de ꝯſilio nõ de ꝑcepto glo. in.c.i.de ꝯſti.qꝺ nõ ligat ꝯtrauenientẽ ad mortale etiã religioſũ cle.exiui de ṽbo ſig.

¶ Poteſt etiã dici illud de honeſtate quia tunc nõ obligat nec ad mortale nec ad veniale Dictũ eſt Inno.in.c.i.de vi.⁊ bone.cle.quẽ refert Ab.in dicto.c.i.de cõſtitu.

¶ Poteſt etiã dici illud eſſe de ꝯſilio reuerentie qꝺ bñ obligat glo. eſt multũ nota.in cle.i.de teſti. Et dr̃ ꝯſiliũ reuerentie qñ materia cõſilij eſt neceſſitatiua Sed ꝓpter reuerentiam eius cui loquitur vtitur verbo cõſultiuo nõ preceptiuo.

¶ Poteſt etiã rñderi illud in foro aĩe in quo nõ imponit̃ pena inducta per legeꝫ poſitiuã glo. eſt multũ ſingularis in.c.fraternitas xij.q.ij.ſm Ab.in dicto.c.i.de conſti. In.c.cũ dilecti de Arbi. In.c. ſi egreſſus de iniu.in.c.audiuimus de Simo.

¶ Uel dicat̃ illud in foro aĩe in ꝗ nõ ꝓcedit lex in.l.aquilea.ff.ad l.aqui.dictũ eſt ſinglare Inno.in.c.ſic dignũ de homi.qui dixit ꝙ in foro ꝯſcientie nõ tenet̃ aliqs reſarcire damnũ datũ ex leui vł leuiſſima culpa nõ ex ꝓpoſito vel lata culpa ſed ſatꝫ eſt agere penitentiã ꝓ delicto qꝺ dictũ ꝓ ſinglari allegat Ab.in.d.c.i.de ꝯſti.in dicto.c.cũ dilecti de arbi. In.c.pſbiterũ de homi.in .c.ſi egreſſus de iniu.licet in.c.fi.eo.ti. arguat terribiliter ꝯ illud dictũ Innocẽtij.

¶ Poteſt dici ibi fuit cõtemptus ergo peccat mortaliter veniẽs cõtra legem ꝯſilij glo.eſt nota.in.c.quis aũt.x.diſ. quã allegat Ab.in c.i.de cõſti.in.c.i.de vi.et ho.cle. Et eſt notandũ ꝙ delictũ aggrauatur ꝓpter cõtemptum vt ꝓbat tex.in.c.cũ nõ ab homĩe de iudi. Et dr̃ peccare ex ꝯtemptu qui monitus ab homĩe addit mala malis et pſeuerat in crimine ꝓ quo eſt optimus tex.in.c.ſi celebrat in fi.de cle.excõ.mi.vbi ꝓhibitus vt deſiſtat et ptinaciter pſeuerans dicit̃ ꝯtemnere ⁊ glo. ſingularis in.c.homo chriſtianꝰ.xl.diſ.dixit ꝙ tanto magis peccat quãto magis ꝯtempnit et dicit̃ magis contemnere ꝯſtitutus in dignitate.et dicunt moderni in.c.ij.de maio. ⁊ obe.ꝙ dum dicit̃ ibi ꝙ nõ obediens iuſto precepto ſupioris peccat mortaliter intelligit̃ quãdo hoc facit ex cõtemptu et glo. ſingularis in.c.de libellis.xx.diſ.eccleſia orientalis nõ recepit ꝯſtitutionem eccleſie nõ peccat ſi nõ cõtemnit et glo.ſingularis in.c.ſacerdotes.ij.q.vij.intelligit̃ qñ epiſcopus nõ ſeruat canones ex ꝯtemptu de qua glo.ꝑ Ab.in.c.cũ nõ licet de pſcriptionibus in.c.ſuſcitatus de reſcrip.in.c.ego.n.de iureiu. Et glo.nota.in.c.veniens de

tranſacti.que dixit q̄ cōtemnēs ſacramentū criſmat; peccat.ꝓpter ꝯtemptū ad idē glo.in.c.i.de cōſe. diſ.v. et in.c.auditis de ꝓcura. ꝓpter ꝯtemptū iudicis quis punit̄ in expenſis et in.c.licet de offi. lega.vbi ꝓpter ꝯtemptū caſſat̄ ꝓceſſus. Et dixit notabiliter Jo.an. in.c.ſacris q̄ me.cau.q̄ cōicans excōicato in ꝯtemptū peccat mortaliter. Et Bal.in.l.nullus.C.de male.ꝛ mathe.q̄ cōicans excōicato in cōtemptū clauiū pōt puniri pena tpali nō ſolū ſpūali et ꝑ dicto Jo.an.in dicto.c.ſacris eſt glo.ſingular; in.c.ſicut apli .xi.q. iij. Et peccās ex ꝯtemptu dꝛ peccare in ſpiritūſanctū glo.eſt nota. in.c.qualis.xxv.diſ.et aliquid fit delictū ex ꝯtēptu qd̄ nō erat glo. eſt nota.in.l.i.§.fi.ff.ſi quis ius dicenti nō obtemperauerit et tex. et ibi doct.in.c.grauē.de pe.q̄ iudex eccleſiaſticus pt̄ punire tpaliter pſiſtentē in excōicatiōe.et facit qd̄ habet̄ in.§.crimis.xxv. diſ. vbi peccatū veniale repetitū efficit̄ mortale et qd̄ elegāter voluit Bal.in.l.apud antiq̄s in fi. C.de fur. Et Ab.in Ru.de ſen.excōi. dixit q̄ ꝓpter ꝯtemptū excōicatio operatur q̄ ad deū ꝛ inferens iniuriā ꝑ ꝯtēptū grauiꝰ punit̄ vt declarat Ab.in.c.in cauſis de elect.

¶ Lex ſimpliciter loquēs pt̄ extendi ad caſū habentē ſil'ez rationez qn̄ ꝑ extenſionē inducit̄ diſtinctio ſeu declaratio leg; nō correctio vt nota.in.l.ſi cōſtante.ff.ſolu.ma. et in Auctē.quas actiones.C. de ſacroſanct.eccle.

¶ Poteſt dici q̄ licet lex habeat dictionē taxatiuā extendit̄ qn̄ per aliā legem apparet de extenſione vt notat̄ in.l.ob es.C.de p̄.mio. Jn.l.ſerui noīe.ff.de vſuca.in.l.ꝯtractus.ff.de regu.iu.

¶ Poteſt etiā dici q̄ licet lex habeat dictōz taxatiuā extendit̄ tn̄ ꝑ boiem ſi eſt ꝓlata in materia fauorabili ꝛ pia glo.eſt nota.i.l.illud C.de ſacroſanct.eccle.ſecus ſi eſt ꝓlata in caſu odioſo.l.ij. cū glo. C.de patri q̄ fili.dixtraxe.vbi pꝛ nō pt̄ vendere filiū niſi in caſu illius legis dato q̄ eſſet ſil'itudo rōis qꝛ ſumꝰ in caſu odioſo ſ; ꝯtra Bar.q̄ ponit hāc doct.in dicta.l.ſi ꝯſtante. Adduco glo.ſingl'arem in.l.fi.C.de reuo.dona.que vult q̄ illa lex habens dictionē taxatiuā extendat̄ ꝛ tn̄ materia eſt penalis.

¶ Poteſt dici q̄ ibi fit extenſio in correctorijs qꝛ ꝑ talem extenſiōz redit̄ ad ius ꝯmune qꝛ ex idemptitate ratōis fit extenſio tanq̄ȝ de cauſa fauorabili glo.eſt multū ſingularis in.c.ſtatutū in v̄bo nūerandū de ꝓben.in.vi. Anto.de Bu.in.c.olim tibi de v̄bo ſigni.

¶ Pōt dici q̄ ibi rō ſit ſcripta in.l.correctoria ꝛ ideo ex idēptitate rōis fit extenſio ad caſus ſil'es glo.eſt ſingu.in cle.i. in v̄bo eligat̄ de electi. Notat Bal.in Auctē.q̄s actōes.C.de ſacroſanct.eccle.

¶ Pōt dici q̄ dato q̄ rō ſit ſcripta in .l. ſi tn̄ lex eſt etiā penalis nō ſolū correctoria nō fit extenſio glo.eſt ſingu.in cle.vt hij qui in v̄bo in eiſdem de eta.ꝛ quali. Nā ibi lex ponit cauſam exp̄ſſam ꝛ tamē vult ſingulariter ibi glo.q̄ nō extendatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0069-1

¶ Poteſt dici ꝙ licet ratio non ſit ſcripta in lege tamē cū nō poſſit
reddi niſi vna tūc fit extenſio in coꝛrectoꝛijs ad caſum nō expꝛſſum
ſicut ſi ratio eſſet ſcripta in lege glo. eſt multū notabilis in. l. q̃uis
C. de fideicō. Et eleganter loquit̃ Bal. in. l. maximū vitiū in. iiij.
colū. C. de libe. p̄te. et in. l. fi. ff. de here. inſti.
¶ Poteſt dici ꝙ ibi eſt oīno eadem ratio ⁊ oīmoda ſilr̄itudo et ideo
cōſtitutio etiam penal' extendi debet qꝛ nō eſt ꝓpꝛie tunc extenſio
ſed ex mente legis cōpꝛehendit̃ oīs caſus in quo ꝯcurrit illa ratio
glo. eſt ſingu. in. c. i. de tempo. oꝛdi. in. vi. in verbo Italie quā ita al
legat Ab. in ꝓhemio gregoꝛiano vbi voluit ꝙ diſpoſitio loquens
in imꝑatoꝛe etiā penalis ꝓcedat in papa qꝛ eſt imꝑatoꝛ in terris
eccleſie illā etiā dicit ſingularē in. c. fi. de reſcri. in. c. nihil de electi.
et ꝓ illa glo. eſt tex. multū nota. in. l. ij. §. ꝙ ſi curatoꝛes. ff. ad tartu.
Licet Jo. an. in. c. diſpendia de reſcrip. in. vi. voluerit ꝙ diſpoſitio
penalis debet extendi ex idemptitate rōnis reſpectu ſtatuti id eſt
vt obſeruet̃ iſtud ſtatutū ſed nō debet extendi quo ad penam vt ſi
de facto nō fuit obſeruata diſpoſitio cōmittatur pena. Sed iſtud
dictum Jo. andree repꝛobat Ab. in ꝓhemio gregoꝛiano ⁊ ī dicto
c. fi. de reſcrip. Sed in. c. i. de loca. illud appꝛobat ꝓ ſingulari ⁊ Jo.
An. in regula odia in marcur. voluit ꝙ pena taxata ꝑ caſus dinu-
meratos nō extendat̃ ꝑ caſus ſimiles. Eſt etiam glo. in. c. ſi poſtq̃z
in verbo mente de elect. in. vi. que videt̃ tenere idem qḋ glo. in di
cto. c. i. quā glo. allegat etiā Bal. in. l. oēs populi in vlti. colū. ff.
de iuſti. et iu. ꝙ vbi eſt eadem ratio ⁊ penitus oīmoda ſilr̄itudo nō
ꝓpꝛie dicimus ſtatutū extendi qꝛ ineſt tacite et Bal. in. l. de quibꝫ
in. xiiij. colū. ff. de legi. dicit notabiliter ꝙ qñ plura habent eandē
rōnem licet de vna fiat mentio videt̃ fieri exemplariter nō reſtri-
ctiue. Et tex. in. l. his ſolis. C. de reuocan. dona. ꝓbat ſingulariter
ꝙ tacite cautū ꝓ expꝛeſſo habet̃ vbi eadem rō reperit̃ etiā in pe-
nalibus. et ſi diceret̃ verba trahunt̃ ad materiā ſuꝑ qua ſtatutum
diſponit licꝫ ſit eadē ratio ſtatutū nō diſponit. reſpondet̃ ꝙ vbi eſt
eadē ratio ibi eſt idem caſus foꝛmalis ꝯſiderata mēte iuris licet
nō ſit eadē materia Bal. in. l. ſi quis ſeruo. C. de fur. dicit ꝙ ꝯſtitu
tio penalis nō dicit̃ extendi qñ extendit̃ ex mēte eiuſdē ꝯſtitutiōꝫ
allegat notata in. c. ſi poſtq̃z de electi. in. vi. in nouella.
¶ Poteſt etiam dici ꝙ iſtud ſtatutū facit mentionē de vno ex coꝛ-
relatiuis ergo videt̃ de alio ſtatuere qñ nō ſit diuerſa ratio vt eſt
tex. ⁊ ibi ꝑ Bar. in. l. fi. C. de indicta vidui. tollē. in. l. fi. ff. de accep.
ꝑ glo. ⁊ Ab. in. c. i. de loca. et glo. nota. in. c. ij. de ꝯfeſſ. in. vi. in verbo
reus vult ꝙ pena impoſita reo intelligatur eſſe impoſita actoꝛi. ad
idē glo. in. c. cupientes. §. deniqꝫ in v̉bo de veteris de elect. in. vi.
¶ Poteſt etiam dici ꝙ qñ ſunt duo caſus in iure antiquo equiꝑati.

Noua cōſtitutio etiā penalis loquens in vno extendit̃ ad reliquū in materia in qua eſt equiꝑatio glo. eſt nota.in.l. ſi quis ſeruo. C. de fur. Et ibi ꝑ Bar.notabiliter declarantē in materia aūt in qua eſſet diuerſa rō nō fieret extenſio glo.eſt in.c.i.in verbo declaramꝰ ne cle.vel mo.in.vi. Et allego etiā glo.in.c.i.in verbo interdici de verbo ſig.in.vi. Jn.c.licꝫ in v̶bo excōicatōis de ſen.excōi.in.vi.glo. i.in.c. pn̄ti eo.ti.in.c.ꝯſtitutiōꝫ in v̶bo ꝓroganꝰ de regu.in.vi.

¶ Fateor ꝙ appellatiōe gregis nō venit armentū maioꝝ aīaliū ſed in lata ſignificatiōe bn̄ venit licꝫ grex ſit minoꝝ aīaliū glo.eſt nota.in cle.i.in v̶bo gregibꝫ de deci.q̄ ꝯp̄hēdit̃ in ma̅tia fauorabili.

¶ Dicat̃ etiā ꝙ in materia penali appellatōe epiſcopoꝝ ꝯp̄hēdunt̃ om̄es ſuperiores glo.eſt nota.in.c.qꝛ ꝑiculoſum in verbo de epis de ſen.excō.in.vi.in cōcernentibus officiū pontificale.

¶ Poteſt etiā dici ꝙ appellatiōe benefitioꝝ in iure penali nō comprehendit̃ dignitas epiſcopalis glo.eſt nota.in .c. felicis in verbo pontificalē de pe.in.vi.

¶ Poteſt dici ꝙ verbū ꝓuiſio eſt latum quia ꝯprehendit narrationem poſtulationē preſentationem ⁊ collationē glo.eſt nota. in cle. fi.de elect.in verbo ꝓuiſione.

¶ Poteſt dici ꝙ dato ꝙ illa ꝯſtitutio loquat̃ de apoſtolis quibus exhiberi debeat reuerentia tamē ꝯp̄hendit etiā beatam virginem glo.eſt ſingularis in.l.om̄es. C.de fe.in verbo ap̄lice.

¶ Poteſt dici ꝙ dato ꝙ illa ꝯſtitutio ſit penalis tn̄ cū ꝯtineat fauorem eccleſiaꝝ extendit̃ ad aliū caſum glo.eſt nota. que allegatur ſemꝑ in.c.ſciant cuncti in verbo alios de electi.in.vi.

¶ Poteſt etiā dici ꝙ qn̄ ꝯſtitutio eſt ꝓ parte fauorabilis ⁊ ꝓ parte odioſa tunc attendit̃ id ſuꝑ quo p̄ncipaliter intendit ꝓuidere an dicat̃ fauorabil' vel nō ⁊ ſic caput fauorabile extendet̃ glo.eſt nota. in dicto.c.ſciant cūcti ⁊ eſt alia glo.in.l.venia. C. de in ius vocan. ⁊ notat̃ in.l.qui exceptionē.ff.de ꝯdi.iude.

¶ Licet ſtatutū allegatū puniat ꝓducentē falſos teſtes in plurali tn̄ etiā ꝓcedit in ꝓducēte vnū tantū.doctrina eſt Bar.in.l.ij.in.§. ſed ſi vnus.ff.vi bo.rap. per illū tex. Jn.l.iij.§. negotia.ff.de nego. geſt.ꝓ quo allego glo.ij.in.c.ſi cōpromiſſarius de elect.in.vi.

¶ Licet illa ꝯſtitutio loquat̃ de vicario ep̄i locū habet in vicario capittuli vacāte ſede qn̄ ſubeſſet eadem rō glo.eſt nota.in cle.et ſi p̄ncipalis in v̶bo ep̄i de reſcri.qꝛ eſt official' iuriſdictōꝰ epiſcopalis

¶ Poteſt dici ꝙ vbi ꝯſtitutio eſſet eluſoria ſi nō extenderetur tunc etiā ſi ſit exorbitans ⁊ correctoria extendit̃ probat hoc ſingulariter glo.in cle.i.in v̶bo ſepelire de ſepul.eſt etiā optima glo.in.c.quāq̄ꝫ in glo.fi.de vſu.in.vi.Dū extendit illā ꝯſtitutiōꝫ odioſam de teſtamēto ad codicillos facit.c.ſi ciuitas de ſen.ex.in.vi. ⁊ ꝓ hoc allego

pulchros tex.in.l.ſi qui rē.ff.de arbi.in.l.fi.ff.ne quid in loco publi
co in.l.ſi idem cū eodem.ff.de iuriſ.oi.iudi. In.l.ſi ꝑtoꝛ in ꝑncipio.
ff.de iudi.in.l.ne in poteſtate.ff.de arbi.
¶ Illud ꝓcedit in poſſeſſione de recenti nos in poſſeſſiōe antiqua
qꝛ patiente ⁊ ſciente diaceſano poſſedit antiqtus benefitiū preſu
mitꝛ inſtitutꝰ nec tenetꝛ docere de titulo.dictū eſt ſinglare Inno.⁊
Jo.an.in.c.illō de ꝑſūp. ſm Bal.in.l.ſiue poſſidetꝫ.C.de ꝓbatio.
¶ Illud ꝓcedit in ignoꝛante cui parcitꝛ qn̄ nō requirebatꝛ diligens
inquiſitio.doctrina eſt aurea Bal.in.l.i.C.ad Macedo. vbi dixit
ſingulariter ꝙ vbi requiritꝛ diligens inquiſitio nunq̄ꝫ parcitꝛ igno
ranti niſi ꝯſtet de diligenti inquiſitiōe qꝺ facit ſm Bal.ꝯtra ſindi
cos nō denūciantes malefitia qꝺ eſt ſingulare.
¶ Illa lex diffamari.C.de iuge.et ma.que diſponit ꝙ iudex poteſt
imponere perpetuū ſilentiū nō agenti infra tempus pꝛefixum ſm
diſpoſitionē illius legis nō ꝓcedit niſi pꝛimo illi fuerit facta bina
monitio per iudicem de qua in actꝫ appareat glo.eſt ſingularis et
aurea et ibi ꝑ Ange.in Auctē.de heredi.et falci.§.i.de quo etiam ꝑ
Ange.in.§.ſi quis aūt in Auctē.de eccle.titulis et eſt vera opinio.
licet Romanus in.l.q̄ꝫdiu.ff.de acquiren.etate tenuerit contrariū
tamē dicit ita fuiſſe iudicatum.
¶ Illa regula qꝺ ciuilis actio ⁊ crimīalis nō pn̄t ſimul cumulari
vt in ti.C.qn̄ ciui.act.cri.ꝑiu. Nō ꝓcedit vbicūq̄ꝫ imminet pena
moꝛtis quia poſt moꝛtem nō poſſet condemnari ad reſtitutionem
rerum ablatarū. Iſta eſt ſingularis deciſio Bal. quā ipe dicit eſſe
nouam in.l.i.in.i.colū.C.de appel.
¶ Illud ſtatutū allegatū ꝙ debeat imponi pena capitis vel pena
capitalis nō intelligitꝛ de pena moꝛtis naturalis ſed ciuilis ſcꝫ de
depoꝛtatiōe cōmuniter allegatꝛ glo.multū nota.in.l.fi.C.de vete.
nū.ꝑtā.li.x. Et Jo.de Imo.in.l.ij.ff.de publi.iudi.allegat glo. quā
dicit ſingula.in.l.i.C.ne chꝛiſtianū mācipi. Sꝫ ego allego glo.cō-
mūiter nō allegatā in.l.fi.C.que res ven.nō po. que voluit ꝙ etiā
ſi dicatꝛ capitalis ſupplitio cū depoꝛtatio ſit etiam capitalis pena
et debet mitioꝛ interpꝛetatio fieri.allego etiā glo.nō allegatam in
in.l.in criminali.C.de iuri.oi.iudi.et facit etiā glo.in.l. hos accu-
ſare.§.omībus.ff.de accu. Notant doct.in.c.quanto de iureiu. vbi
allegant Jo.Cremo.defendiſſe quendā a moꝛte naturali q̄ falſa-
uerat pecuniā ciuitatis Bononie et ſi dicantꝛ hec verba ſub pena
ꝑſone intelligūtꝛ de pena extīctiua vite glo.allego ſingu. in Auctē.
de ar.in verbo pecunijs ſm Bal.in.c.ij.de maio.et obedi.
¶ Dicatꝛ ꝙ illa lex cū pꝛecū.C. de libe .cau.ꝓcedit qn̄ verba ꝓfe-
runtꝛ nō tanq̄ꝫ ab aduerſario ſi ergo ꝓcuratoꝛ recitat in libello ver
bo aduerſarij nō videtꝛ illa fateri licet ſoleat dici ꝑ illam legem ꝙ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0072-4

quis videꝛ fateri quod dicit in libello glo.eſt nota.in .l. gallus.§.
idem credendū.ff.de libe.⁊ poſtu.et ibi ꝑ modernos
¶Illud ꝑpetuo intelligi debet vſqꝫ ad centū annos nō in ſecula ſe
culoꝝ et ido ſi eſt factū legatū eccl'ie ānuū durat ſolū vſqꝫ ad centū
annos glo.eſt nota.in.l.ſi vſufruct⁹.⁊ ibi ꝑ Bar.ff.de vſufru.lega.i
l.ānua.§.Titia.ff.de ānu.lega.notāt moderni in.l.ij.ff.ſolu.matri.
¶Poteſt dici ꝙ licet ſtatutū allegatū dicat ꝙ nulla exceptio poſſet
opponi nō intelligiꝛ de exceptione incōpetentie iudicis glo.eſt ſin
gu.in cle.i.de ſequeſt.poſſe.et fruct.quā glo.allegat Bal.in.l.i.Si
a nō ꝯpetē.iudi.Ab.in.c.paſtoralis de excepti.In.c.i.de re iudi.in
c.licet de elect.de cuius glo.intellectū late per modernos in.l.de
pupillo.§.qui opus.ff.de ope.noui nūcia.
¶Dicaꝛ etiam ꝙ hic indiffinita nō equipollet vniuerſali quia qñ
ꝯſtitutio redderet parui effectus indefinita nō equipollet vniuer
ſali etiā quo ad penā euitandam glo.eſt ſingularꝫ.in cle.i.in verbo
poſſeſſiōes de reb⁹ eccle.nō alie. qꝛ ſi ille tex. intelligereꝛ gñaliter
id ē oēs poſſeſſiones raro aut nūqꝫ illa ꝯſtitutio haberet effectum.
¶Dicaꝛ etiā ibi eſt iſta dictio quauis diciꝛ em̄ ibi quauis ꝯſuetu
dine nō obſtante ⁊ ſic videꝛ damnari etiā ꝯſuetudo cui⁹ inicij nō
eſt memoria glo.eſt ſinglaris in cle.fi.in verbo quauis de re.eccle.
nō alie.
¶Poteſt etiā dici ꝙ dato ꝙ ſit ſublatū pactū tamē nō intelligitur
ſublatū illud quod eſt ſententia ꝯfirmatū glo.eſt nota.in cle.dudū
in verbo pacta de ſepul.
¶Dicaꝛ etiā illud loquiꝛ in ſuſpenſo ſecus in excōicato donec ſa-
tiſfecerit qꝛ dato ꝙ ſit ſatiſfactū tñ indiget abſolutōe glo.eſt ſingu.
in cle.i in verbo donec de deci.ſm Ab.in.c.i.de iudi.in.ij.colū.in
c.nō eſt de ſponſa.in.c.ij.de ſortile. Allego etiā glo.in.c.qꝛ ſepe in
verbo donec de electi.in.vi. que dicit ꝙ ſuſpenſus qꝛ nō reſtituit
ſi reſtituit nō requiriꝛ ſententia.
¶Dicaꝛ etiā ꝙ.c.qꝛ ꝓpter de elect. nō loquiꝛ in caſu noſtro quia
in electi.canonicoꝝ vel alioꝝ benefitioꝝ nō ſeruaꝛ forma illi⁹ ca-
pituli ſed ſufficit ꝙ canonici ꝯueniant in capitulo ⁊ electus a ma
iori ꝑte ⁊ ſeniori ꝯſequiꝛ ius.ita notabiliter vult glo.in.c.ſicut in
v̄bo formā de elect.in.vi.ſm Ab.in dicto.c.quia ꝓpter.
¶Dicaꝛ ꝙ in reuocatiōe dr̄ ꝙ antiqua lex habeaꝛ ꝓ infecta tūc em̄
oīs effectus antique legis eſt ſublatus ita vt excōicatus nō indi-
geat abſolutiōe glo.eſt ſingu. in cle.i.in v̄bo ꝓ infectis de immūi.
eccle.ſm Ab.in.c.nō debet de ꝯſang.⁊ affi.in.c.ꝑ venerabilē ꝗ filij
ſint legittimi in.c.que in eccl'iaꝝ de ꝯſti.in.c.ſi aliqñ in.c.nulli de
ſen.excōi. Secus ſi nō apponanꝛ illa v̄ba ꝙ habeaꝛ ꝓ infecta glo.
eſt nota.in.c.nō debꝫ in v̄bo de cetero de ꝯſang.et affini.

¶ Dicat᷑ ꝙ hoc nō ꝓcedit quantū ad penam appoſitā qꝛ licet ꝓhi
bitio inter aliquos matrimonio videant᷑ ꝓhibita ſpōſalia.l.oratio
ff.de ſponſa.tamē pena appoſita ꝯtrahenti matrimoniū nō exten-
dit᷑ ad ſponſalia glo.habes ſingularem in cle.i.in verbo ꝯtrahere
de ꝯſang.⁊ affini.ſm Ab.in.c.i.de poſtula.pla.quā etiā in pulchra
queſtione allegat Bal.in.l.i.C.ſi rector ꝓuintie.
¶ Dicat᷑ etiā ꝙ in caſu noſtro nō poteſt ſumi argumentū a ꝯtrario
ſenſu qꝛ ſtatuētes inciderent in penā glo.eſt ſingularis in cle.i.de
vſu.ſcdm Ab.in.c.publicato de electi.Bal.in Auctē.ad hec.C.de
vſu.in.l.ſi quis eū.§.qui iniuriaꝝ.ff.ſi quis cautiori.in.l.gallus.§.
ille caſus.ff.de libe.et poſtu.
¶ Dicat᷑ etiā ꝙ ibi eſt dictio ex nūc ergo incipit ligare conſtitutio
a tpe publicatōis nō expectato lapſu duoꝝ menſium glo.eſt nota.
in cle.nolentes in verbo ex nūc de here.
¶ Dicat᷑ etiā ꝙ verba iuriſconſulti narrantis factū nō pn̄t allega
ri pro lege glo.eſt ſinglaris in.l.i.C.qn̄ nō petentiū partes in glo.
magna ſm Roma.in ꝯſilio.c xc.de quo etiam ꝑ Ab.in.c.ꝑ venera-
bilem qui ſibi ſint legi.Per glo.in.c.auditis in verbo poſt factū
de electi.et facit glo.in.c.ij.in verbo nō teneris de do.et ꝯtuma.in
vi.in.c.i.de re.ꝑmu.in.vi.Et ideo dicim⁹ ꝙ ex talibus verbis nō
ſumit᷑ Ar.a ꝯtrario ſenſu ſm Antho.de Bu.in.c.publicato de elect.
In.c.cū aplica de his que fiunt a pla.et ideo dixit Fre.de Se.in
cōſilio.xxxix.qd incipit Viſo ꝑdicto pūcto ⁊ motiuis ꝙ verba nar
ratiua legis ius nō ꝯſtituūt de quo etiā ꝑ Sali.in.l.qui ſe patris
in ſexta colū.C.vnde libe.In.l.accuſationē.C.qui accu.nō poſſ.
Roma.in.l.iiij.§.catho.ff.de verbo.obli.Si tn̄ ex deciſione iuriſcō
ſulti nō remanet allegatio partis impugnata.Illa etiā poteſt alle
gari ex quo in lege refert᷑ ſm Jo.de Imo.in.c.de cōſti.Et in dicto
c.cū aplica dicit hoc nō ꝓcedere quādo intentio legis fundaretur
in illis verbis narratiuis.
¶ Poteſt dici ꝙ ibi debeat ſubaudiri dictio quondā Bar.in.l.inſu
laꝫ.ff.de acqui.re.domi.vbi de notario qui dicit in inſtrūto Titi⁹
filius Sempronij ⁊ tn̄ Sempronius eſt mortuus ſubaudit᷑ quon
dam.de quo etiā ꝑ glo.et Bar.in.l.eius qui.ff.ſi certū pe.Per glo.
in.l.viro atqꝫ vxore.ff.ſolu.ma.In.l.ſi quis reū.§.idem Julianus
ff.de libe.lega.In.l.vtrū.ff.de verbo.obli.inſti.qui ma.nō pn̄t in
ꝓncipio In.l.diuortio.ff.de nego.geſt.In.l.apd Julianū.§.antiſtia
ff.ad Trebel.inſti.de lega.§.poſtumo in.l.fi.ff.de lega.i.In.l.pan-
thonius.§.fi.ff.de acqui.here.in.l.iij.C.de nup.ꝑ Ab.in.c.cū ꝯtra
de pigno.et Bar.in.l.i.§.hoc editū.ff.de ope.no.nū.dicit ꝙ etiā ſu
ſtinere inſtrumentū ſi notarius dixit Titius olim Sempronij da
to ꝙ Sempronius viuat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0074-5

¶ Poteſt dici q̄ vbi confirmatio exigit̄ a pari capitur cõfirmatio ꝑ obſeruantia. Non em̄ poteſt capi ꝓprie quia par vel inferior nõ poteſt confirmare factum ſuperioris vel paris. et ideo verba capiũt̄ improprie glo. habes notabi. in. c. i. in verbo cõfirmat de treu. ꝛ pa. Ad idem eſt tex. in. c. ſtuduiſti de offi. lega. alias aũt ꝓprie cõfirmatio eſt manifeſtum ſignum ſuperioritatis Bal. in. l. fi. C. de legi. et ideo concilium nõ confirmat cõſtitutionem pape ſed approbat. c. ſacro de ſen. excõi. Papa aũt confirmat ꝯſtitutionem cõcilij ſcðm Hoſtien. in. c. qualiter. ij. de elect. Et nota q̄ verba impropriãtur vt nanq̄ diſpoſitio ſuſtentetur Bar. in. l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiu. In. l. ſi olei. C. loca. in. l. ſi prius. ff. de noui. ope. nũ. et eſt glo. ſingula. in. l. et puto. §. i. ff. fami. hercis. Per Bar. in. l. i. ff. de acti. et obli. In. l. ſi mater. §. eandẽ. ff. de excep. rei iudi. in. l. inſulã. ff. de preſcrip. verbis In. l. ſcire debemus in. l. inter ſtipulantem. §. i. Et ibi per modernos. ff. de verbo. obli. per Ci in. l. i. C. de iure emphi. In. l. ſi cũ ante. C. de dona. ante nup. per Bal. in l. ꝓprietatis. C. de proba. In. l. ij. ff. de cõdi. inſti. per Bar. in. l. certi conditio. §. ſi nũmos. ff. ſi cer. peta. per Roma. in. l. iiij. in ꝓn. ff. de dã. infecto In. l. predia in fi. ff. de acqui. poſſe. In. l. i. C. vnde libe. In. l. i. §. ſi quis ita. ff. de verbo. obli. In. l. lecta. ff. ſi cer. peta. facit qð voluit Bar. in. l. i. C. de nego. geſt. In Aucte. ingreſſi. C. de ſacroſanct. ecele. Tex. in. l. cũ quidam. ff. de lega. ij. In. l. verbum reddendi. ff. de verbo. ſigni. In. l. exigere dotẽ cũ glo. ff. de iudi. In. l. Titio cũ glo. ff. ad mũicipa. In. l. i. in ꝓncipio. ff. depo. Bar. in. l. i. ff. quo. bono. glo. in. c. intelligẽtia in. c. ꝓterea de verbo. ſigni. Tex. et ibi notat Ab. in. c. Series de teſti. q̄ libellus ꝑ verba impropria cõceptus nõ viciat̄ et tex. glo. et Ab. in. c. cõſtitutus de reli. domi. ꝛ de Sen. notat Ab. in. c. ex litteris de pigno. Voluit Ab. in. c. olim inter de reſti. ſpolia. In. c. piſanis eo. ti. In. c. pro illorũ de preben. In. c. bone. ij. de poſtu. prelato.

¶ Fateor q̄ a cõmuni opinione nõ debemus recedere vt in. l. i. vbi Bal. ff. de offi. queſto. in. l. athletas in ꝓn. ff. de his qui no. infa. In l. i. ff. de Sena. per Bar. in. l. fi. C. de pena iudi. qui ma. iudi. ꝑ Ab. in. c. fi. de ſecũ. nup. In. c. ſignificauit de ſen. excõi. In. c. cũ ad ſedẽ de reſti. ſpolia. In. c. i. de poſtu. prelato. tamẽ ſi poteſt cõuici cõmunis opinio de errare aperto ſecundũ illam nõ eſt iudicandum vt notat Jo. an. et alij in. c. i. de conſtitu. Pro hoc tex. multum ſingularis in. l. i. §. ſed neq̄. C. de veteri iure enu. De q̄uo etiam ꝑ Ab. in. c. capellanus de fe. In. c. calumniã de pe. in. c. tua nos de vſu. In. c. ſine litibus de do. et ꝯtuma. In. c. ſcientes de cenſi. In. c. cũ ſint de deci. in. c. prudentiam de offi. dele. In. c. ex litteris de ꝓba.

Jn.c.i.de re iudi. Jn.c.vt debitus de appellati.et in iſtis locis lo-
quitur pulchre Ab.et per Bal.in.c.i.§.iudices de pa.iura. firmā.
et ideo dixit Jero.in ꝓlogo Biblie hoc doctus Plato neſciuit hoc
Demoſtenus eloquens ignorauit. Pro hoc etiā glo.in.c.ad noſtrā
de conſue.et Ab.in ſuo cōſilio.i.dicit ꝙ nō eſt ſequenda opinio que
eſt euidenter falſa. Et nota vnū dictū aureū et ſingulare Hoſtiē.
et Ab.in.c.ij.de cogna.ſpiri.ꝙ vbi agitur de matrimonio ſuſtinen
do ſingularis opinio vnius Doctoris eſt p̃ferenda cōmuni quan-
do nō eſt caſus in iure expreſſus.et ꝓ illo dicto ſingulari vidi vnā
ſententiam latam in fauorem matrimonij. Et ſemꝑ teneas etiam
illam opinionem illius Doctoris qui latius attingit ⁊ exaīat ma-
teriam tex.eſt elegans in.l.diui fratres.ff.de iure patro.

# Aduertat qui habet allegare ſeu

diſputare ꝙ inducat rationes ⁊ iura que faciunt ad id qđ ꝓbare
intendit et oīnibus ſimul cōiunctis iudex in cauſa melius inſtru
etur vt etiā fortius ꝓbetur ꝙ intendit. Nā triplex funiculus diffi
cile rumpit̃.c.i.de treu.et pa.Auctē.itaqꝫ.C.ꝯmunia de ſucceſſi.l.
iij.in fi.ff.de libera.lega.et que non proſunt ſingula multa iuuant
vt eſt glo.nota.in.l.ij.in p̃ncipio.ff.de excu.tuto. Jn.c.cū cauſaꝫ de
proba. Jn.c.accedens.ij.vt lite nō ꝯteſta. Jn.c.cū dilectus de ſuc-
ceſſio.ab inteſta. Jn.c.illud de preſūp.in.l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſti.
facit tex.in.l.excipiuntur.ff.ad Silenia.in.l.iuditia.C.de rei ven.
Jn.c.preterea de teſti. et in ꝓpoſito pulchre loquitur Bal. in Ru.
de ꝯtrouer.inueſti. Jo.de Jmo.in.c.ex ore de his que fiunt a maio
re par.capi.Dicit ꝙ qui plures ratiōes habet oēs adducat quia
que nō proſunt ſingula ⁊c̃.

¶ Et multa ſimul collecta iuuāt.l.nec nō.§. ſi quis ſepius.ff.ex q.
cau.maio: C.i.l.reſcriptum.ff. de pact.inſti.de obli.que ex ꝯſen. et
ideo philozophus quidam dicebat fratrū qui eſſent cōcordes con
uictum omni pariete eſſe fortiorem.

¶ Si nō habet caſus expreſſos argumenta ⁊ ſimilia inducat .l. nō
poſſunt.ff.de legi.l.nō oīnis.§.a Barbaris.ff.de re.mili.l.cū tacitū
ff.de proba.l.iij.§.iulianꝰ.ff.de libe.exhibe.l.illud .ff. ad legē aqui.
l.fi.C.de conſti.pecunia. Et ſi ſtudebit pro ſe multa inducere po-
terit pro illo iudicari.nam ꝓ illo iudicabit̃ pro quo bone fecerint
ratiōes.c.duo ad finē.xiij.diſ.inſti.de adop.§. ſi vero .c. licꝫ in fine
de ꝓba.l.fi.C.de edict.diui.Deterior eſt em̄ cauſa illius ꝯtra queꝫ
plures faciūt ratiōes.c.ſuggeſtum de iure patro.c. cū eterni in fi.
de re iudi.in.vi.c.de Siracuzane.xxviij.diſ. Jn.c.cauſaꝫ que de re

iu. vna tñ fortior ꝛ potentior vincit plures rõnes nõ ita fortes Ab.
in dicto.c.ſuggeſtum in fine allegat tex.in.c. Inno.de elect. Et ego
allego glo.in dicto.§.ſi vero inſti.de adopti.que allegat tex.in.l.nã
et ſi parentibꝫ.ff.de inoffiti.teſta. In.l.ſcripto in fi.ff.vnde libe. Et
repetat totiens donec iudex ſit bene inſtructus xxvi.§.q.i.c.ſi eñ
ad finem. Aduertat etiã ꝙ illa que ꝓbata ſunt et ꝑ quos ſub q̃dam
cõpendio colligat et illa cũ ſuis allegatõibꝫ iudici tradat vt pleni⁹
deliberare valeat.quia nõ poteſt de oĩbus recordari Memoria
eñ humana eſt labilis.l.ꝑagie in ꝑncipio.ff.de acqui.poſſe.et in.l.
ij. C.de vete.iu.enu.dicit Impator ꝙ oĩm habere memoriã eſt po
tius diuinitatis q̃ȝ humanitatis.
¶ Nota conſilium qđ ponit Specu.in ti. de diſputationibꝫ et alle
gationibus.§.poſt hoc in fi. Dicit eñ ꝙ ſi tu potes facias ꝙ ſis vl
timus in loquendo quia que vltimo audiuntur melius memorie
cõmendantur.c. liquido de conſe.diſ.ij.et verba que vltimo loco
prolata ſunt ſunt preſtantiora.quia nullo gladio nulloq̨ȝ telo ſunt
vulnerata. Nam per ꝯtradictionẽ res dubia efficiẽ.l.iij. C.qui.ad
lib.ꝓcla.nõ licet hec Specu. Caueat tamẽ quilibȝ ne ſcienter aſſu
mat cauſam iniuſtam defendendã quia ve ſibi glo. in.c.cupientes
in verbo malignantiũ de elect.in.vi.vult ꝙ qui habet ius in ꝑnci
pali cauillatiões ꝛ malitias aduerſarij põt ꝑ alias repellere ꝛ illa
glo.ꝓcedit etiã in foro ꝯſcientie qꝛ nõ videẽ fraudem facere. quia
fraudando fraudem excludit.l.cũ pater .§. Titio.ff.de lega.ij. Et
Ouidius canit Iudice me fraus eſt cõceſſa repellere fraude. Ar-
maq̨ȝ inarmatos carpere iura ſinũt.glo.magna in.c.i.de confeſ.in
vi. Dicit ꝙ aduocatus qui docet clientulũ falſum rñdere teneẽ ad
uerſario illius damna reſercire. Et ſolent aduocati dicere clientu
lis.ſi hoc cõfitearis cauſam ꝑdes.nec dicunt.ſi negaueris animaȝ
perdes et glo.et Archi.in.c.nullus.iiij.q.iiij.ꝙ aduocatus nõ de-
bet inducere iura ꝯtra ꝯſcientiam et veritatem.ſed bene ſubtilita
tibus ꝛ argumẽtis laborare debet vt iuſte obtineat glo.in.c. dñs
noſter.xxiij.q.ij. Dicit ꝙ ſi aduocatus habet iuſtam cauſam licite
poteſt decipere aduerſariũ ſuũ dũ tñ ſm Archi. ibi nõ vtaẽ falſis
ꝯſtitutionibꝫ.l.fi.ff.de fal.et glo.in dicto.c.cupiẽtes allegat Ab. in
c.i.ꝙ metus cau. in.c.ſicut de iureiu.quã tñ limitat dũ tñ nõ vtaẽ
mendatio.qꝛ nõ licet mentiri ꝓpter ſalutem alterius.xxij.q.ij.c.ne
quis. Allegat etiã dictũ Innõ.in.c.olim.i.de reſti.ſpo.ꝙ ſi rem me
am nõ poſſum aliter recuꝑare poſſum furto illã ſubtrahere dũ tñ
ſcandalũ nõ oriaẽ.nec etiã ꝑ mendatiũ licet recuꝑare. Illud etiaȝ
dictũ pro notabili allegat Ab. in.c.i.ꝙ me.cau. Archi.in dicto .c.
dñs noſter. Ab.in.c.i.de iura.calũ. vbi etiã allegat glo.in dicto.c.

cupientes.quam glo.reprobat Ab.in dicto.c.olim.l.ꝙ liceat habe
am iuſtam cauſam non debeo per mendatia victoriam obtinere.
Et idem Antho.de Bu.in.c.per tuas qui filij ſunt legitti. qui di-
cit ꝙ Theologi tenent ꝙ nõ eſt licitum mentiri.hoc etiam conce-
dunt Juriſte. Ex quo ſequit᷑ ꝙ glo.in dicto .c. cupientes intelligi
debet ꝙ licitum eſt malignari dũmodo fiat ſine mendatio. Et de
aduocato verſuto malitioſo et nimis improbo loquitur Ab.in.c.i.
de offi.iudi. et dicit Ab.in.c.i.de iura.calũ.ꝙ eſſet bonum exigere
iuramentum ab aduocatis nõ obſtante conſuetudine Ne per in-
iuſtas et falſas allegationes obtineant ſententias. Et addo textũ
nota.in.l.rem nõ nouam.§.patroni .C. de iudi. Qꝫ aduocatus in
quacũqꝫ parte litis reperiat clientulum nõ fouere iuſticiam de-
bet cauſam derelinquere cuius loco alius ſubrogari nõ poteſt. Et
ex hoc ſequitur ꝙ aduocatus poteſt facere magnum preiuditium
parti ſue derelinquendo cauſam et dicendo iudici ꝙ hoc facit. qꝛ
cognoſcit ꝙ clientulus ſuus nõ fouet iuſticiam.nam ex tunc clien
tulus nõ poteſt accipere alium aduocatum.et aduerſarius poteſt
a iudice petere ꝙ inhibeat aduocatis ne aſſumant talem cauſam.
Dicit tamẽ notabiliter Pau.de Caſt.ibi ꝙ in hoc iudex debꝫ mul
tum aduertere ad qualitatem et conditionem aduocati ſi ſit talis
cui merito ſit credendum et etiam explorare de cauſa et nõ crede
re ſimplici aſſertiori eius quia poſſet hoc facere frauduleͤter ⁊ ma-
litioſe. Addo etiam Ci.in.l.ij. C.de iura.calũ . qui dicit ꝙ aduoca
ti allegantes debent iurare de calũnia.quoniam etiaꝫ in legibus
allegandis poſſunt vti malitia ⁊ calũnia. Si leges ad propoſituꝫ
nõ facientes allegant ſcienter.iſtud refert ⁊ ſequit᷑ Pau. de Caſt.
in dicta.l.rem nõ nouam in fine. qui etiaꝫ dicit in illa lege ꝙ mul
ti aduocati abſorbent ſibi iuramentum informantes eorum con-
ſcientias ad eorum modũ Sed deus eſt deſuꝑ qui nouit abſcondi
ta cordis. Pro quo allego qꝺ ſcribit᷑.i. Jo.iij. Maior eſt deus cor-
di noſtro et nouit oĩa. Et ad Hebreos.iiij. Omnia autem nuda
ſunt ⁊ aperta oculis eius. Et ꝓuerbio.xvi. Omnes vie hominum
patent oculis eius et ſpirituũ ponderator eſt dominus. Et eccle-
ſiaſtici.xxxix. Opera oĩs carnis coram illo ⁊ nõ eſt quicqꝫ abſcõ
ditũ ab oculis eius. Et Eccleſiaſtici .xxiij. Quoniã oculi domini
multoplus lucidiores ſunt ſuꝑ ſolem circũſpiciente oĩes vias
hominum et profundũ abiſſi et hominũ corda intuentes in abſcõ-
ditas partes. Et iuditium dei nec fallit nec fallit᷑.c.cũ eterni de re
iudi.in.vi.c.a nobis.ij.in ꝑncipio de ſen.excõ.c.panẽ de ꝯſecra.diſ.
ij. Et allego glo.nota.in.l.ꝙ ſi nolit.§.ſi mancipiũ.ff.de edi.edict.
que dixit ꝙ bonꝰ aduocatus peſſimã cauſaꝫ p̄t facere videri bonã.

Et dixit notabiliter Bar. in. l. exceptionē. ff. de fideiuſſo. ꝙ qñ fideiuſſor ꝯduxit aduocatū minꝰ peritū qui neſciuit allegare iura partis ⁊ ferat̃ ſententia cōtra eum nō p̄iudicat debitori Argu. eorū q̄ notant̃ in. l. ſi ab hoſtibus. §. i. ff. ſolu. matri. qui omiſit allegare glo. in dicto. §. ſi mācipiū· que dixit ꝙ repellit̃ emptor agēs de euictiōe ſi malū habuit aduocatū que etiā dicit ꝙ ſi heres nō adhibuit medicū teſtatori vel malū adhibuerit debet p̄uari hereditate. quam gloſam dixit notabilē Angelus in. l. ſi ſeruū in p̄n. ff. de verbo. obli. et ideo ſi aliquis vulneratus nō adhibuit medicum vel adhibuit malū nō tenet̃ vulnerans de occiſo ſi moriat̃. dictū eſt ſingulare Baldi ꝑ illā glo. in dicta. l. ſi ab hoſtibus. §. i. ff. ſolu. ma. qđ dictum approbant ꝯmuniter docto. q2 tendit in fauorabiliorē partē quod dictū tamē intellige in dubio ſecus ſi ꝯſtaret de cōtrario ꝙ in oēm euentū fuiſſet mortuus ſm Pau. de Caſt. ibi.

¶ Nota etiā vnū cōſiliū qđ dat Specula. in ti. de diſputa. § porro ver. ⁊ nota ꝙ finitis allegatiōibus nō recedas altero aduocato remanente cum iudice ne ſibi ſugerat ꝙ eum moueat te abſente. c. ceterum in fi. de reſcrip.

¶ Sed querit̃ an aduocatus debeat dicere nomē legis ⁊ in q̄ titulo eſt poſita an vero ſufficiat dicere ita cauet̃ in iure ⁊ dicere mentē legis vel canonis. et Speculator in ti. de diſputa. §. porro ver. in ſūma adducit quedā iura ꝓ et cōtra ⁊ ꝙ ſufficiat allegare mentē iuris ſine noīe iuris ⁊ tituli ⁊ legis allegat tex. in. c. cōtinebat̃ de ſponſa. In. c. veſtra de coha. cle. ⁊ mulie. In. c. vt euidēter. i. q. i. in c. cauſam de ꝓbatio. in. l. apertiſſimi. C. de iudi. in ꝯtrariū allegat tex. in Auctē. ſed cū teſtator. C. ad. l. falci. inſti. de pena teme. liti. in fi. in. l. neceſſarijs. ff. de acqui. here. In. l. i. in fi. ff. de poſtu. ꝓ cōcordia dicit ꝙ cū aliquid iuri cōſonū allegat̃ ꝓcedunt p̄ma iura ꝯtraria vbi a iure ꝯmuni videt̃ deuiare tunc eñ nō credet̃ niſi ius qđ hoc dicat oſtendat̃ nō tñ parti ſ3 iudici cogit̃ dicere. Et ego addo tex. cū glo. in cle. i. de fo. ꝯpe. in verbo canonib9. et glo. in. c. ſanctum de ꝯſe. diſ. iiij. que dicit ꝙ illud qđ quis aſſerit ꝑ ius ſcriptū ꝓbare tenet̃. et tex. in. c. mulie in p̄ncipio in ver. in quodā loco. i. q. i. et glo. in. c. vt euidenter. i. q. i. que dixit ꝙ aduocatus poteſt allegare hoc eſſe in quodā loco. c. cū beatus. xlv. diſ. et Ab. in dicto. c. veſtra de coha. cle. ⁊ mulie. dicit ꝙ corā papa qui habet oīa iura in ſcrineo peccatoris eſſet allegandū generaliter ⁊ ita etiā ſcolaris corā doctore. Concludit tamē ita eſſe allegandū vt allegans intelligat̃ ab eo cum quo loquit̃. ¶ Ego aūt ſoleo ſemꝑ meis ſcolaribus ꝯſulere vt multa iura memorie cōmendent etiā ſi ſint ꝯmunia et illa qñ opus eſt debeant allegare q2 ex illa frequēti allegatiōe melius memorie imprimunt̃. Et illa copia nō poteſt afferre niſi honorem

allegant i ⁊ maxime qn̄ fit ex tpe. Et vidi ſemel doctorem vnū dn̄i interrogaret a quodā ſcolare in cōſpectu multoꝝ de vna lege vulgatiſſima neſciuit rn̄dere vnde admirati ſunt circūſtantes . et de ipo multū ſunt obloquuti maxie plebei qn̄ eni̅ aliquis habet multa memorie ꝯmēdata in quacūqꝫ materia ꝓpoſita pōt loqui et copioſe diſputare cū fundamentis iuris ex quo alij ꝯfunduntur et ipe plurimū extollitur. Et Paulus ille vergerius vir eloquentiſſimus dicebat ſic. Nihil dicimur ſcire niſi qđ memoriter ſcimus aut facile remiſci poſſumus. Et Azo ille nr̄ quē Bal. fontem legū appellat dicebat ꝙ ſcolaris qui vult bene ſtudere debet p̄mo legere textū lectū intelligere ⁊ intellectū thezauro fidelis memorie ꝯmēdare.

¶ Sis etiam cautus vt diligenter notes ⁊ retineas quecūqꝫ alter dixerit. Nam ſi plura effundat vix erit quin aliquod rephenſibile ꝓferat ex effuſo eni̅ ſermone in ꝓmptum incidit p̄iculum l. fi. in fi. C. de do. ꝓmi. Et ideo poteris ipm confundere ex dictis ſuis ⁊ poteris dicere ex ore tuo te iudico ſerue neqꝫ. Ex quo q̇dem lōge magis erubeſcet dicēs. Heu patior telis vulnera facta meis Ita notabiliter dicit Specu. in ti. de aduo. §. iam nūc ver. cautus tn̄ exiſtas qui allegat multa ad hoc ꝙ multiloquio ſubditus ſe inquinat ⁊ ꝙ qui incōſiderate loquitur ſentiet mala. Ego aūt vltra allegata p ipm allego glo. in. c. cū ſit ars de eta. et quali. que dixit cōtra aduocatos allegantes multa inutilia. quā allegat Ab. in p̄n. decretalium et glo. in. c. legebatur de maio. et obedie̅. dixit ſuperflua reſecanda et eccle. v. honor ⁊ gloria in ſermone ſenſati ligua vero imprudentis ſubuerſio ipius. Et ꝓuerbioꝝ. xi. in multiloquio nō deerit peccatū qui aūt moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt. Et eccleſiaſtes. v. In multis ſermonibꝰ inuenietur ſtulticia.

¶ Nota etiā ꝙ ſi aduocatus alterius partis videatur te in allegationibus ſuperare vel quia deficit tibi ius vel ratio vel exemplū quibus mōis poteſt quis argumētari . c. nouit de iudi. c. forus de verbo ſig. Tūc ne videaris reſponſionis penuria declinare certamē prudenter eū eludas te ad aliam materiam transferendo. c. in mandatis in fine. xliij. diſ. potes etiam ſi ſit melancolicus aliquis inducere ⁊ curialiter dicere p que moueatur ad iram tunc eni̅ nō poterit ſuū bene ordinare ſermonem nam ira impedit animū ⁊c. ita Specu. in dicto. §. iam nūc. Ego aūt do aliā cautelam ꝙ ille aduocatus qui videt nō bene ſtuduiſſe ⁊ vidiſſe oi̅a in materia illa que diſputatur vel ꝓpter breuitatē tpis vel ob aliā cauſam fingat ſe in ſincopim cadere ita ꝙ ſit neceſſe ꝙ domum deferatur ⁊ ſic res protrahetur ⁊ interim poterit melius ſtudere ⁊ hac cautela vſus eſt vnus ſcolaris de conſilio vnius doctoris in vna vniuerſitate Italie in ſuo examine. erat eni̅ ignorās ⁊ tamē fuit ꝓmotus tanqꝫ

doctus ꝓpter illum caſum.
¶ Notandū eſt etiaꝫ ꝙ aduocati legibus debent certare nō ꝓbꝛis
l.quiſquis.§.i.C. de poſtu . Et ſi alter alteri falſitatem vel aliam
turpem notam imponat poterit ſecure dicere tu mentiris. Nam
crudelis eſt qui negligit famā ſuam.c.nolo.xij.q.i. Premiſſa tamē
ꝓteſtatione ꝙ hoc nō dicit anīo iniuriandi ſed cauſa ſui iuris con
ſeruandi.l.ſi nō cōuicij. C.de iniu. Sed ſi turpia nō imponit ver-
bis vtaꝶ temperatis dicendo ei ſalua pace vel reuerentia vel ho
noꝛe.l.argentarius in fine.ff.de eden.l.nō debet.ff.de do.¶ Item ſi
alter aduocatus te patienter audiuit ⁊ tu verſa vice eum patien-
ter audias Si te loquente ſtrepitū fecit vel ſuſurrauit et tu cōtra
eum ſcandalū facias vel ſuſurres ſic eīm ars deluditur arte Nō
eīm meruit honoꝛē qui nō honoꝛauit.et ideo dicit Seneca in eplīs
Ab alio expecta qđ alij feceris.et Martialis dixit.Deridēs alios
nō inderiſus abibit.Et ſcriptum eſt patere legem q̄ꝫ ipe tuleris.c.
cū oīnes de conſti.Et Bal.in dicta.l.quiſquis dicit ꝙ illa lex in-
ſtruit aduocatum in bonis moꝛibus et ſi aliquis ſeruaret illam
legem reputaretur ſapientiſſimꝰ aduocatus quo ad deum ⁊ mun
dum. Sed credit Bal.ꝙ pauci reperianꝶ. Et nota ꝙ aduocatus
ꝓrumpens in verba iniurioſa efficiꝶ infamis infamia facti ſcđm
glo.nota.in dicta.l.quiſquis.
¶ Notandū eſt etiam ꝙ aduocatus nō debet allegare publice le-
gem pꝛo eo facientem exp̄ſſe ſed eam iudici cū neceſſe fuerit dicat
ad aurem et ꝑ eam ipſum infoꝛmet . ne aduerſarius contra illam
ſeſe valeat in reſponſionibus p̄munire. quia nihil tam indubita-
tum eſt quod nō recipiat quandam ſollicitam dubitationem In
Auctē.de tabelli.§.ſi vero indignos ⁊ leges ſepe calūniantur.l.nō
dubium.C.de legibus et cauillantur.l.ij.§. tractari.ff. ad Tartu.
Et captantur.l.penul.ff.ad exhibē. Ita Specu.in dicto ti. de ad-
uoca.§.conſequenter ver.item caueat. Et addo glo.in dicta.l. non
dubium.C.de legi.que dicit ꝙ aliqui ſunt qui nolunt a verbis re
cedere ſicut faciunt iudei.
¶ Cautus ſit ſemper vt pꝛius agat poſſeſſoꝛio q̄ꝫ petitoꝛio quia cō
modius eſt poſſidere q̄ꝫ in rem agere inſti.de inter .§. cōmodum
ſm Specu.in dicto.§.ver. cautus etiam. et ego allego melioꝛem
textum qui poſſit allegari in.l.is qui deſtinauit.ff.de rei ven.
¶ Licet dicatur ꝙ reus ſit fugitiuus.l. pꝛoperandum .§. et ſiqui-
dem.C.de iudi. Sic tamen fugiat ne contra eum ex nimia fuga
iudex pꝛeſumat . iij . q . ix .c. decernimus in fine. Nam qui iudi-
tium refugit apparet eum de iuſticia diffuſum .xi. q.i. chꝛiſtianis
in fine .c. nullus de pꝛeſump .c. honoꝛatus . lxxiiij . diſ . vbi gloſa.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0081-4

Et addo dictū notabile Inno. in. c. poſt electionē de ꝯceſſio. ꝑben. ꝙ vbicūq̄ iudex vehementer ſuſpicaꝛ ꝙ aliquis ꝓponat exceptiōꝫ vel petat dilationē malitioſe cauſa differendi. Juditium nō poteſt admittere ⁊ denegare dilationē nec curet de appellatōe qđ dictū Ab. in mltis locis allegat ꝓ notabili in. c. nullus de ꝑſumpti. in. c. decetero de re iudi. Jn. c. finē litibus de do. ⁊ ꝯtu. in. c. interpoſita de appella. Jn. c. paſtoral'. §. quia vero in. c. ſuꝑ eo in. c. ex parte de offi. delega. Pro q̄ eſt etiā glo. in dicto. c. ſuꝑ eo in verbo tenebit et in. c. ſciſcitata in verbo penſata de in inte. reſtitu.

¶ Nota etiā hoc tamē ſemꝑ ꝑſuppoſito ꝙ aduocatus ꝯtra ꝯſcientiam cauſam nō recipiat ſed q̄ꝫcito eam deſperatam ſenſerit illaꝫ deferat vt in dicta. l. rem nō nouaꝫ. §. patroni. Et oīa que hic ſunt dicta ſunt ꝓ inſtructiōe aduocatoꝝ qui defendūt iuſticiā ꝙ ſit cautus vt nihil dicat vel faciat qđ poſſit iudicem ꝓuocare vnde non ſit ꝓmptus ad eum recuſandū vel ſuū iuditiū declinandū ſed ſtudeat ei placere. nam dū is qui placet ad intercedendū mittiꝛ tanto facilius ea ꝓ quibus intercediꝛ obtineñꝛ. i. q. i. c. ipi ſacerdotes c. ad aplīce ꝓꝑe ꝑnciṗiū de re iudi. in. vi. Et ecōtra dū is qui diſplicet ad intercedendū mittiꝛ irati anim⁹ ad deteriora ꝓuocatur xlix. diſ. in principio. iij. q. vij. c. in grauibus ꝙ ſi eum viderit ꝓuocatum nihil ei reſpondeat. et ideo Ab. in. c. ꝯſuluit de offi. lega. clamat ꝯtra exaſperantes iudicem. dicit em̄ ſic. Multū ꝓdeſt habere iudicem fauorabilem ſaltem in iſtis arbitrarijs ⁊ ideo maleſaciunt ꝓcuratores qui de facili exaſperant iudicem ꝯtra ſe. et ideo ait Quintilianus Naturale eſt vt iudices his quos libenter audiunt facilius credant.

¶ Nota ꝙ ſi aduocatus ſit pactus de quota litꝫ et fideiuſſit ꝓ ſuo clientulo illud qđ ſoluit nō repetit iſte eſt ſingularis tex. in. l. ſi remūerandi. §. maurus. ff. mau. ſm Bal. in. c. ex ꝑte de poſtu. Si aūt aliquis de fideiubēdo ꝑtiū accepit bene poteſt repetere qđ ſoluit tex. eſt ibi ſingularis.

¶ Nunc iſta ſufficiant chariſſimi mei auditores multa tamē alia nō minus pulchra reſtant que cū tempus dabiꝛ vobis ꝯmunicare polliceoꝛ ſi vos videro vigilantes in doctrina mea et ne libellus iſte ſit ſine ſpeciali nōie illū libellū florū appellabitis. qꝛ tale nomē ſibi ꝯuenire videtur et ſi illum nō ꝯtemnetis in theorica et practica eſt vobis ⁊ honorem ⁊ vtilitatem allaturus.

¶ Explicit Libellus Florum.

# Ad beatiſſimã virginẽ Carmẽ

V Irgo decus celi virgo ſanctiſſima virgo
Virgo hominis mater. mater et ipſa dei
Laudibus innũeris vĝo celebrata ꝑ orbem
Virgo cui Natus munera multa dedit
Virgo decus celi lux et clariſſima mundi
Virgo flos florum candidiorqꝫ niue
Virgo que poſita es ſolio ſublimis in alto
Virgo tenens Nato pectora aperta tuo
Virgo que ſummum potes exorare tonantem
Flectitur et vires temperat ille ſuas
Nanqꝫ pater dicit pete nec paciere repulſam
Pars erit et voti nulla caduca tui
Virgo ſalus in te ſperantum virgo beata
Cui mare cui celum totaqꝫ terra ſubeſt
Ad te confugio ſupplex ſanctiſſima virgo
Adſis optatis o pia virgo meis
Des mihi ꝙ ſeruem ſummi mandata tonantis
Atqꝫ ea ꝙ nunq̃ꝫ frangere velle putem
Caſibus et noſtris fer opem mitiſſima virgo
Fiat vt irati mollior ira dei
Jlla quidem iuſta eſt et nos meruiſſe fatemur
Supplicibus veniam non tamen ille negat
Virgo meis rebus faueas et tempore in omni
Sit precor et velis aura fecunda meis
Sint procul a nobis que ſunt nocitura cadatqꝫ
Hoſtis qui ſemper vincere fraude cupit
Natorumqꝫ precor videam ne fata meorum
Des oculos illis claudere poſſe meos
Sit mihi chara quidem felix Lucretia coniunx
Atqꝫ preces audi virgo beata ſuas
Des quoqꝫ ꝙ viuo mihi non ſic viua negetur
Que iacuit lecto frigida ſola diu

Corpora noſtra ſimul rapiat mors condita eodem
Et mea ſint tumulo coniugis oſſa mee
Non tamen hec iaceant peregrino tecta ſepulchro
Sed precor in patria molliter oſſa cubent
Et cum fatalis veniet lux vltima nobis
Adſis et tecum nos ſup aſtra feras.

## Ad Inuictiſſimum principem
Bugſlaum et Pameranie ducem Illuſtriſſimum.

d Iceris o princeps patrie rectorq̧ paterq̧
Diceris o princeps cura ſalusq̧ tue
Te celebrāt populi laudes et ad ethera tollūt
Letantes om̄i nomen in vrbe canunt
Hoc referunt nō te quiſq̧ moderatus vnq̄
Imperij potuit frena tenere ſui
Te duce nō latro ſiluis latet vllus in altis
Te fugiunt omnes vt fugit agna lupum
Maxima ſunt. factis ſeclo celebraberis omni
Ingenio parta eſt gloria magna tuo
Et quāuis noſtris non ſit tua gloria maior
Carminibus: tamen hec carmina pauca legent
Inuenient tanti preconia principis illis
Inuenient animi pignora multa mei
Jamq̧ vale ſuperi faciant tua vota potentes
Imperio donent tempora longa tuo.)

## Ad Senatū Hamburgenſem
r Etulit vt legimus toto vir maximus orbe
Quem noſtri ſumma relligione colunt
Sunt tria que vellem potuiſſent nr̄a videre
Lumina: ſed non hoc fata dedere mihi
Romanos rerum dominos pulchrumq̧ ſenatum
Roma triumphati dum caput orbis erat.

Qui fuit e celo miſſus ſine ſemine natum
  Atqꝫ ſalus pendens in cruce noſtra fuit
Et paulum lingua reſonantem verba potenti
  Celi dum populis diceret alta ſuis
Tali me fateor gauderem tempore natum
  Quis neget illa etas aurea tota fuit
Secula ſed poſtq̄z Petrum nunc noſtra tulerunt
  Atqꝫ teotonico vixit in orbe diu
Non tria ſed tantum veſtras ego viſere terras
  Et non hoc cupio gratius eſſe poteſt
In grauitate ſua vellem veſtrumqꝫ Senatum
  Cernere dum ſiſtit ſedibus ille ſuis
Illic aſpicerem cum turribus ardua celſis
  Menia et immenſum templa decere deum
Illic aſpicerem turbam numerumqꝫ virorum
  Vix populum tellus continet illa ſuum
Illic matrone ſpectantur et agmine denſo
  Siue velis iuuenes ſiue videre ſenes
Aſpiceremqꝫ illic equata palatia celo
  Quilibet immenſas cernere poſſet opes
Hic ciues referunt concordi pace ligatos
  Non lites aliquis ſceuaqꝫ bella mouet
Magna quoqꝫ vt referunt geſtarum eſt gloria rerum
  Codicibus multis poſteritaſqꝫ legit
Hec mihi fama dedit ſed nō pulcherrima vidi
  Hec tamen vt videam det deus ipſe precor
Inclita iam valeas vrbs et celebrate ſenatus
  Sint inculta licet carmina noſtra legas.

## Ad Matronas Lubicenſes.

Vm memor ex veſtris quaſdā vidiſſe puellas
s  Dū caperet ſomnus corpa noſtra grauis
Vna fuit quarū forma pulcherrīa viſa eſt
  Et mihi dans dextram talia voce refert

Nunc dic Petre precor vbi ſunt promiſſa puellis
Luminibus tantum que placuere tuis
Fallere tu noſti ſed non eſt gloria certe
Fallere nec crimē te ſacra iura docent
Dic vbi ſunt noſtrum tantū laudantia nomen
Carmina te certum eſt verba dediſſe diu
Te tua verba ligant que ſunt in carmine dicta
Et legitur tota carmen in vrbe tuum
Scribe igitur verſus et munera noſtra ſequentur
Nam turpe eſt ſanctam ſic violare fidem
Excutior cupiens circūdare brachia collo
Non erat ante oculos tanta puella meos
Sed tamen hec reſponſa dedi mea diua puella
Cur fugis. huc redeas dulcis amica precor
Si mea culpa foret non me peccaſſe negarem
Sed veniam peterem criminis vſqȝ mei
Paruus amor Petri meritorum obliuia nobis
Credite non tante cauſa fuere more
Sed cupidi iuuenes capti virtutis amore
Sed tenuit legum continuuſqȝ labor
Nanqȝ operi iuris ſtatui coniungere veſtra
Nomina. ſic veſtra hec gloria maior erit
Fama equidem traxit me veſtri nominis ingens
Cōmiſi dubie corpora noſtra vie
Aurea dicebant nō hic venus vna videtur
Victa ſed a multis cederet ipſa venus
Non ſunt tot celo ſtelle nō equore piſces
Velliuolo. non tot fronde teguntur aues
Quot dat formoſas nobis vrbs veſtra puellas
Gratulor has poſtq̄ȝ cernere poſſe datum eſt
Si placet in teneris virgo et creſcentibus annis
Ante oculos veniet hec ſine fine tuos
Siue iuuant iuuenes hic agmina denſa videntur
Dicere qui ſpectat cogitur eſſe deas

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0086-2

Hic quoq͡ʒ ſpectatur ſera et ſapientior etas
Delectant oculos cum grauitate ſua
Atq͡ʒ decent humeros pulchra hec geſtamia veſtros
Vt referunt coniunx ſic Iouis ipſa tulit
Innumeros vidi populos et vidimus vrbes
Pulchrior hac viſa eſt femina nulla mihi
Penolopenq͡ʒ ipſam que ſic caſtiſſima dicta eſt
Vincitis et iuncta eſt forma pudicitie
Heu poſtq͡ʒ ſtatui peregrinas viſere terras
Hic cur non ſedes contingit eſſe meas
Inter vos vite mea tempora longa fuiſſent
Dixiſſent non eſt viſus et iſte ſenex
O pater omnipotens qui nutu cõcutis orbem
Et ſoli facile eſt omnia poſſe tibi
Adſis optatis o tu ſpes maxima mundi
Atq͡ʒ preces audi virgo beata meas
Equora matronis faueant et terra pudicis
Afflatu faueat ventus et aura ſuo
Sitq͡ʒ ipſis clarus ſol et ſit lucida phebe
Luminibus proſint ſidera clara ſuis
Nec corpus querulo nec ſit mens egra dolore
Leta dies ſemper nox quoq͡ʒ nulla grauis
Rideat et vultu ſemp̱ fortuna ſereno
Et bona cũ tulerit plurima plura ferat
Hee videant ſaluos per tempora longa maritos
Sit proles patrie gloria magna ſue
Annuite optatis et ſint ſine fine beate
Illis ſit dulcis poſt ſua fata quies
Ille pater rerum vobis det plura rogatis
Multipliceťq͡ʒ ſuo vota fauore deus
Pauca quidem ſcripſi vitam modo plura legentur
Vos tamen interea me celebrate precor.

## Ad Henricum Bockholt Preposιtum Lubiceñ/et Juris Doctorem clariſſimum.

Re diem mihi crede prius ſine ſole videbo
Nullaqꝫ nuda eſtas ſpicea ſerta geret
Quam te tacta manuz q̄z te lira nr̄a ſonare
Deſinat et nomen carmina noſtra tuum
Sim memor vt veſtri meritorum copia fecit
Et quia vix tot ſunt dicere lingua poteſt
Tu doctos quia doctus amas colis atqꝫ poetas
Talibus eſt ſemper totaqꝫ plena domus
O vtinam poſitum te prima in ſede viderem
Tunc virtus ferret premia magna Vale.

## Ad Johannem de Ritzſcher Prepoſitum Colleberġeñ. Juris vtriuſqꝫ Doctorem celeberrimū et Oratorem ſplendidiſſimum.

Vm ſis ingenijs nimiū generoſus auorum
Tu ſuperas morum nobilitate genus
Magnū nomē habes qđ toto extendit orbe
Maius erit mō ſint tempora longa tibi
Turbaqꝫ doctorum ſeclo tenouit in iſto
Quilibet ingenij nobile laudat opus
Ceſar et ipſe tue capitur dulcedine lingue
Eloquio mulces pectora cuncta tuo.

## Ad Georgiū Kleſt Sereniſſimi principis Bugſlai Cancellarium.

Armia noſtra tibi dicūt hec pauca salutez
Legibus o nimiū ſemꝑ amice meis
Si potero faciā iubeas mora nulla tenebit
Cultor nanqꝫ tue ſum probatis ego

# Ad Henningū Steinwarder

Camineñ. Canonicū / et excelſi principis Secretariū / et nunc etiam Cancellarium.

It breuis hec q̄ꝫuis donec mihi vita manebit
s Pars noſtri henningꝰ maxima ſemꝑ erit
Crede mihi magnos habeas cū dignꝰ aīcos
Inter me primos annumerare potes.

# Ad auditores meos ſtudio-ſiſſimos.

Obilis has voces audi germana iuuentus
n Audi quod veniet carmen ab ore meo
Cū natura homī dederit breue tēpus habere
Eternum virtus nomen ad aſtra ferat
Plurima cernuntur doctorum exempla virorum
Qui ſtudijs viuent tempus in omne ſuis
Ille opifex rerum magni et fabricator olimphi
Quem mens immenſum noſter nulla poteſt
Os nobis ſublime dedit celumqꝫ videre
Juſſit. et erectos aſpicere aſtra dedit
Munus habent nō hoc animalia cetera noſtrum
Curua ſed hec terras corpore cuncta vident
Sic dedit ingenium nobis ſublime capaxqꝫ
Tangere ꝙ certe quelibet alta poteſt
Scire cupit ſemper rerum et cognoſcere cauſas
Si didicit nunq̄ꝫ diſcere plura negat
Spiritus eſt dulcis cibus et non dulcior alter
Temporibus nullis diſplicuiſſe poteſt
Sum memor in noſtris ſapiens ꝙ legibus ille
Scripſit. adhuc moriens diſcere quid cuperem
Hei mihi ꝙ morior grecus cū diſcere cepi
Retulit. annoſus ſed tamen ille fuit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0089-2

Vt liuiū videant multi veniſſe leguntur
Et ſedes ꝓprias deſeruiſſe ferunt
Et quos nō traxit mundi caput inclita Roma
Fama poteſt tanti ducere ſola viri
Surgite vos iuuenes rapida et velotius aura
Currite eunt anni more fluentis aque
Surgite iam iuuenes et tempus noſcite veſtrum
Nam que pretereit hora redire nequit
Surgite nec dulci teneantur corpora ſomno
Surgite nec magnus terreat ipſe labor
Fructus adeſt operis quo nō eſt dulcior alter
Atqꝫ ſibi virtus premia magna parat
Surgite quos Itali ad leges labor excitat ingens
Diſcite et ex ipſo quid ſibi iura ferant

# Ad Sanctiſſimum Rochum

Carmē deuotū prefati Doctoris Petri/vt nos liberet a crudeli peſtilentia

S Alue Rocce ſacer ſalue ſanctiſſime Rocce
Cui pater ille tonans premia multa dedit
Te celebrant Itali dicunt o maxime laudes
Qualibet et colitur nomen in vrbe tuum
Te celebrant Veneti tibi maxima templa dedere
Et ponunt templis aurea dona tuis
Ad te confugio ſupplex celeberrime Rocce
Atqꝫ peto vt facias ne mea vota cadant
Dira lues ſubito mortalia corpora ſternit
Non eſt qui poſſit dicere tutus ero
Nec ſunt que tanto poſſint ſuccurrere morbo
Deficis et medice Phebe repertor opis
Tartareas facit hec aīe vt mittantur ad oras
Nanqꝫ rapit mentem cum feritate ſua
Sola timet Rochum fer opem ſanctiſſime Rocce
Nam fugit auxilium ſentit vt illa tuum

Frangimus hoc fateor ſummi mandata tonantis
Hec fuit ob culpas pena reperta lues
Ille tamen magni pius eſt moderator olimpi
In cruce qui nobis brachia tendit animas
Funde preces igitur procul hec crudelis abibit
Auxilio ſemper vincitur illa tuo.

Impreſſa ſunt hec Aurea Opuſcula In ducali opido Liptzenſi per Baccalarium Wolfgangū Monacenſem. Anno dn̄ice incarnatōis. Milleſimo quingēteſimo ſc̄do.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0092-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0093-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0094-1

qualite precepi possibilitas fecta nates
de non celebrad : ocera facta tuy
Et puer dueti roborat [illegible]
Te precor infirmo firma dona [illegible] dato

sem̄ hui alī amigd' dul. pinee. gūi dāgi ān ; x pipis lo. zz liqū colti ē
benine ān z iii or q. s.

## De hanelitu

Oportet igitur eorum utilitatem posse pati curctam [illegible] aeris. Si ē uno mo
[illegible] desideat aerē attrahere exigitur a calore qui ebullitione sui ardoris ne
cesse ē extra uenientē aerē ad refrigari et expellē ardorē [illegible] aeris in
duos mod' habint [illegible] dilatādo aerē [illegible] constringēdo expellit calīn [illegible]
[illegible] sps instrumentis et reparata [illegible] sui hanelitus secundum [illegible] nāte sic patientē
hor' qb; patitur hanelitus et [illegible] [illegible] [illegible] quantitas passionis [illegible] sic pati
[illegible] instrumenti [illegible] [illegible] [illegible] hanelitus possibile ē pati hanelitus sine dolore
[illegible] instrumentorum dolor eor' l' ex pte ē sui l' ex conjugatis [illegible]. Si doleat
stomac' l' [illegible] l' [illegible] l' capud splenis l' si sub diafragmate apostema l'
dolor sic hanelitus [illegible] et spissus sic [illegible]. [illegible] ē aliqd [illegible] patiat' [illegible] sps
instrumentis ē motu ipsum instrumentum moueat' l' si apostema instrumentis [illegible] hic [illegible]
[illegible] mod' hanelitus est paruus et spissus [illegible] hanelitu cogit' infirmus [illegible]
[illegible] totum [illegible] q ortomia uocat' sic aūt [illegible] modis l' ex necessitate nimia
hanelādi [illegible] nimia [illegible] l' angusto spatio pectoris sic i apostate et i
pectoribus [illegible] l' ex angustia i capite [illegible] sps sic patiunt' q i lateris
pectoris apostant' [illegible] [illegible] pessima hāc aūt spēz [illegible] ortomiā uocant
[illegible] hoi i [illegible] sua pectoris mouet' i superiora. [illegible] hor' [illegible] superiora
mouet' et inferiora usq; ad [illegible]. [illegible] ortomia uocari [illegible]
[illegible] patiunt' erigi et stare cogunt' cū infirmi hanelosius [illegible] usq; ad
[illegible] et a [illegible] usq; ad cubitos moueat et cubiti i motu [illegible]
[illegible] sic. [illegible] l' ex defectione [illegible] lacertos pectoris mouentes et infirmita
[illegible] l' constipatione instrumentorum sps l' ex nimio [illegible] et [illegible]
[illegible] lacertos pectoris mouentis ex mala complexione [illegible] l' cālā [illegible] constipatio instrumentorum
[illegible] sps ex [illegible] l' uiscosis ē [illegible] l' ex [illegible] anhelitus [illegible] l' ex apostate
[illegible] q alii [illegible] i uno loco coadunat' alii duo i simul [illegible]
[illegible] coadunata [illegible] [illegible] aūt q medicet' studiose discernant si infirmi ē labore
[illegible] angustia anhelauit et anhelitus debil' et [illegible] sunt extremitates [illegible]
[illegible] ad inferiora [illegible] sic ex defectione [illegible] lacertos pectoris mouentis. Si aer ex [illegible]
[illegible] appetat' et spisse [illegible] l' mouet' flatu constipatio instrumentorum sps [illegible]
[illegible] sic ex apostate ē [illegible] et sine [illegible] si n [illegible] Si constipatio ex [illegible] sic
[illegible] sic et [illegible] pectoris appetit' maior spm emittendi [illegible] Si anhelitus [illegible]
ē maiore [illegible] sic et magis [illegible] sps [illegible] emittere [illegible] ex nimio
[illegible] et [illegible] mat' si [illegible] sic calid' l' exsiccato et [illegible] magna i lingua habe
[illegible] et capud [illegible] anhelitus [illegible] et tard' calore [illegible] suffocat et
[illegible] l' [illegible] Anhelitus paruus et tard' calore [illegible] ex necessitate [illegible]
[illegible] lign' mortis ē [illegible] nob' dicere de signis anhelitus [illegible]
[illegible] Si passio [illegible] ex [illegible] sic instrumentis sps [illegible] [illegible] medi
[illegible] infirmitas [illegible] et [illegible] anhelitus [illegible] Si ex defectione sic [illegible] lacertos

ut dato
arfecerat [illegible]
[illegible]
[illegible] pace [illegible]
Ar[illegible] fuerat reddi
te facta [illegible]
Mister part [illegible]
brachia tollat
[illegible]
Are [illegible]
modo [illegible]
ps
ps cathonice
ps anhelos
ps qu defectos [illegible]
ps [illegible]
ps [illegible]
ps [illegible]
ps nimi calorem
ps calore alicui
[illegible]
[illegible]
ps qu defectos [illegible]



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0096-2

9

# Aurea op … iu-
# ris vtriuſ … ris
# aurati do … ris
# Itali in v … eñ
# vtrūqꝫ Iu …

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108181-p0097-8